


AA0005383956




UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY





THE LIBRARY  
OF  
THE UNIVERSITY  
OF CALIFORNIA  
LOS ANGELES



Digitized by the Internet Archive  
in 2008 with funding from  
Microsoft Corporation







ORATORES  
ATTICI

ET QUOS SIC VOCANT

SOPHISTÆ

OPERA ET STUDIO


GULIELMI STEPHANI DOBSON A.M.

REGIÆ SOCIETATIS LITERARUM SOCII

---

TOMUS SEPTIMUS

DEMOSTHENES



LONDINI

EXCUDIT J. F. DOVE

(APUD QUEM ETIAM VENEUNT)

A. S. MDCCCLXXVIII





# DEMOSTHENIS

## QUÆ EXSTANT OMNIA

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

CONTINUA INTERPRETATIONE LATINA

VARIETATE LECTIONIS

SCHOLIIS TUM ULPIANEIS TUM ANONYMIS

ANNOTATIONIBUS VARIORUM

H. WOLFH OBSOPCEI TAYLORI MARKLANDI JURINI MOUNTENEII STOCKII HARLESII

F.A. WOLFH SPALDINGII AUGERI RÜDIGERI WUNDERLICHII BREMII

ALIORUMQUE ET SUIS

ILLUSTRAVIT

GULIELMUS STEPHANUS DOBSON A.M.

REGIÆ SOCIETATIS LITERARUM SOCIUS

ACCEDUNT ANIMADVERSIONES

REISKII DOUNÆI WEISKII AMERSFOORDTII

ET NUNC PRIMUM PUBLICI JURIS FACTÆ

THOMÆ STANLEII VEL POTIUS JACOBI DUPORTI

NECNON ADVERSARIA

PETRI PAULI DOBREE

GRÆCARUM LITERARUM APUD CANTABRIGIENSES

NUPER PROFESSORIS REGII

---

TOMUS TERTIUS

DEMOSTHENIS PUBLICÆ ET EXCEPTIONES

---

LONDINI

PROSTANT APUD J. F. DOVE

A. S. MDCCCXXVIII.



PA  
3473  
A1  
1828  
v.7

# TABULA

EORUM QUÆ CONTINENTUR

IN

TOMO SEPTIMO.

	Pag.
Κατὰ Μειδίου (Textus Spaldingii est) . . .	18
Butmanni Disputationes . . . . .	133
Κατὰ Ἀνδροτίωνος (Textus Taylori est) . . .	149
Κατὰ Ἀριστοκράτους _____ . . .	186
Κατὰ Τιμοκράτους _____ . . .	272
Κατὰ Ἀριστογείτονος Α. _____ . . .	351
Κατὰ Ἀριστογείτονος Β. _____ . . .	389
Κατὰ Ἀφόβου Α. . . . .	402
Κατὰ Ἀφόβου Β. . . . .	427
Πρὸς Ἄφοβον Ψευδομαρτυριῶν . . . . .	434
Κατὰ Ὀνήτορος Α. . . . .	452
Κατὰ Ὀνήτορος Β. : . . . .	464
Πρὸς Ζηνόδεμον . . . . .	472
Πρὸς Ἀπατούριον . . . . .	481
Πρὸς Φορμίωνα . . . . .	494
Πρὸς Λάικριτον . . . . .	511
Ἐπὶ Φορμίωνος . . . . .	532
Πρὸς Πανταίνετον . . . . .	553
Πρὸς Ναυσίμαχον καὶ Ξενοπείθην . . . . .	572



ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

Ο ΚΑΤΑ

ΜΕΙΔΙΟΥ

ΛΟΓΟΣ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΟΝΔΥΛΟΥ.



# I. TAYLORI

## PRÆFATIO

AD

# ORATIONEM DEMOSTHENIS

## CONTRA MEDIUM.

MIDIAS, *Midiae F. Atheniensis, domo Anagyrasius, homo divitiis abundans et luxurie diffluens, præstantissimæ huic Orationi, uti ex argumentis didicisti, materiam præbuit. Quam et multi ex antiquis Scriptoribus certatim laudant, (cujus vocabuli vis ut varia est, nam ea et *citare* et *commendare* dicimus, ita varie utor) eximius ille Criticus, Longinum intelligo, a nonnullis existimatur commentariis suis illustrasse. Qui quidem Commentarii (si tamen scripserit, nam de ea re valde dubito) una cum multis ad hanc orationem a veteribus Scriptoribus annotatis penitus interciderunt. Multis, inquam, quoniam, ut ait Photius Cod. CCLXV. *γένεονεν οὗτος ὁ λόγος οὐκ ὀλίγοις ἐν σπονδῇ, καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητήσεως ἀφορμὰς παρέσχε· καὶ οἱ μὲν τοῦ παιδητικοῦ χαρακτήρος εἶναι φασιν αὐτὸν, μετὰ δεινώσεως ἐπειρασμένον, οἱ δὲ τοῦ πραγματικοῦ, et quæ sequuntur. Habitam quidem non fuisse, id profecto vero est simillimum, cum Æschines (quem, licet infensissimum, et exprobranti similem, tamen in re nuperrime prorsus gesta ideoque pervulgatissima, πρὸς εἰδότας permentiri ægre existimabis) Demostheni objiciat, cum injuriam istam cum Midia transegisse, et Populi, quod obtinuit, præjudicium triginta minis fuisse cauponatum. Καὶ ταῦτα ἤδη τὰ περὶ Μειδίαν, καὶ τοὺς κοινῶλους, οὓς ἔλαβεν ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ χορηγὸς ὢν, καὶ ὡς ἀπέδοτο τριάκοντα μινῶν ἅμα τε τὴν εἰς αὐτὸν ὕβριν, καὶ τὴν τοῦ δήμου καταχειροτονίαν, ἣν ἐν Διονύσου κατεχειροτόνησε Μειδίου. Æsch. c. Ctesiph. [§. κ'.] Id quod et alibi in ead. oratione innuit. [§. οδ'.] Τοσοῦτον καταγελά τῆς πρὸς ὑμᾶς φιλοτιμίας, ὥστε τὴν μιὰν κεφαλὴν ταύτην καὶ ὑπεύθυνον, ἣν οὗτος παρὰ πάντας τοὺς νόμους γέγραφε στεφανῶσαι, μυριάκις κατατέμμηκε, καὶ τούτων μισθοὺς εἴληφε, τραύματος ἐκ προνοίας γραφὰς γραφόμενος, καὶ κατακεκονῶλισται, ὥστε αὐτὸν οἶμαι τὰ τῶν κοινῶλων ἔχνη τῶν Μειδίου ἔχειν ἔτι φανερά. ὁ γὰρ ἀνδρῶπος οὐ κεφαλὴν, ἀλλὰ πρόσοδον κέκτηται. Plutarchus in vita Demosthenis, [§. ιβ'.] ut Historicum magis decuit, rem ita exponit: Δηλὸς ὁ ἔτι καὶ τὴν κατὰ Μειδίου παρασκευασάμενος εἰπεῖν δίκην, δύο μὲν ἐπὶ τοῖς τριάκοντα**

γεγονώς ἔτη, μηδέπω ἔ' ἔχων ἰσχύον ἐν τῇ πολιτείᾳ, μηδὲ ὀξάν. ὁ καὶ μάλιστα μοι δοκεῖ δέισας, ἐπ' ἀργυρίῳ καταθεσθαι τὴν πρὸς ἄνθρωπον ἔχθραν·

Οὐ γάρ ται γλυκύθυμος ἀνὴρ ἦν, οὐδ' ἀγανάφρων,

ἀλλ' ἔντονος καὶ βίαιος περὶ τὰς ἀμύνας· ὄφθῳ δ' οὐ φαῦλον, οὐδὲ τῆς αὐτοῦ δυνάμειος ἔργον, ἀνδρα καὶ πλούτῳ καὶ λόγῳ, καὶ φίλοις εὖ πεφραγμένον καθελῖν, τὸν Μειδίαν, ἐπέλωκε τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ ἑοσιμένοις. αἱ δὲ τρισχιλῖαι καθ' ἑαυτὰς οὐκ ἂν μοι δοκοῦσι τὴν Δημοσθένειος ἀμβλῦναι πεφρίαν, ἐλπίζοντος καὶ δυναμένου περιγενέσθαι. Insignis est locus Isidori Pelusiot. IV. Epist. 205. quem quia non uno mendo laborat, hic describam. πῶς δὲ Δημοσθένειος — τὸν Μειδίαν οὐχ εἶλε τὸν τσοσαῦτα αὐτὸν κακὰ διαθέντα; ὅτι μὲν γὰρ ἐβούλετο αὐτὸν εἰλεῖν, ἵω καὶ παντὶ σθένει τὴν κατηγορίαν ἔγραψε, δῆλον· διὰ τί οὖν οὐχ εἶλεν; — οὐκ ἐπειδὴ ἀσθενεστέρους τοὺς λόγους τῆς τῶν ἔχθρῶν δυναστείας ἐνόμισεν; (Ita omnino lege cum interrogatione: aliter cadet Isidori argumentatio. Ita supra, διὰ τί Πλάτων ἐξέπεσεν; οὐκ ἐπειδὴ μηδένα τύραννον πείσαι ἠδὲν ἔδει; Πυθαγόρας δὲ —; οὐκ ἐπειδὴ —;) οὐ γάρ τι λαβῶν, ὡς Δισχίνης ἔφη, ἀπέλιτο τὴν καταχειροποιίαν· οὐ γὰρ ἔδεχεται τὴν αἰτίαν τῆς αἰσχροκερδεῖας ἢ μεγαλοψυχία τοῦ ῥήτορος· οὐδ' ὁ τοῖς ἐπίτροποις ἀφείς τὰ πατρῷα μετὰ τὴν νίκη, οὗτος ἂν ἔλαβεν αἰσχροῶς ἀπὸ (I. ἐπὶ) τῆς κεφαλῆς. ἀλλὰ τοὺς ἐχθροὺς ἰσχυροὺς (I. ἰσχυροτέρους) ἠγησάμενος τοῦ λόγον, καὶ ὡς πρὸς τὴν ἐκείνων βίαν οὐδαμῶς φανεῖσθαι τὴν τέχνην λογισάμενος, εὐπεπῶς κατέδετο τὴν συμφορὰν, ἀμεινον ἠγησάμενος τῇ πραγμάτῃ καθυφῆναι ὀξῆαι τοῦ κρίσει δικιστῶν ἠττᾶσθαι. Turba quidem Scriptorum uno ore submissionem ad argentum referunt: τρισχιλῖαις ἐπέισθη, τρισχιλῖαις λαβῶν ἀπέλυσε τῆς δίκης, et similia, Suidas, Photius, Plutarchus in vitis X. Oratorum, (si tam pugnancia scripsisse potuit) et Scriptor vitæ Demosthenicæ ἀνώνυμος, quam beneficio cl. Sallierii ex bibliotheca Regis Christianissimi descriptam teneo. Inde factum est, quod, cum hanc causam nunquam perorasse creditur, suspiciosi quidam Critici, ut Photius memorat, naves quosdam, quales in imperfecto opere esse solent, deprehendisse sibi visi sunt. Καὶ ὁ κατὰ Μειδίον δὲ, καὶ κατ' Δισχίνου λόγος αἰτίαν ἔσχε τοῦ μὴ τὴν αὐτὴν κατὰ πάντα ἀριτὴν τῷ Δημοσθένεικῳ συνδιασώσασθαι χαρακτηρί. καὶ γὰρ ἐν τοῖς δυοῖς τούτοις λόγοις ἐκ διαλειμμάτων τινῶν ταῖς αὐταῖς ἐννοίαις ἐπιβάλλον, ἀμυλλᾶσθαι δοκεῖ πρὸς ἑαυτὸν, ὡσπερ ἀσκούμενος, οὐκ ἐπ' αὐτοῖς ἀγωνιζόμενος τοῖς ἔργοις. διὸ καὶ τινες ἔφησαν, ἐκάτερον λόγον ἐν τύποις καταλειφθῆναι, ἀλλὰ μὴ πρὸς ἐκδοσιν διακεκαθάρθαι. Photius in vita Demosthenis. Recte sane. Nam, cum §. κή. pulcherriam quandam γνώμην, sive effatum philosophicum ad Midiam coercendum expromat, eandem, §. νά. quasi sui immemor, (vel, quod verius est, πρὸς ἑαυτὸν ἀμυλλόμενος, et re nondum satis ex-



plorata, utri loco argumenti ea ῥήσις decentius conveniret) verbis ipsissimis et disertissima oratione repetat. Verosimilius est multo, hæc ex inconstantia, ut dixi, Auctoris profecta, qui nondum rem ad exitum perduxerat, quam consilio, et usu veterum, ut nugatur Scholiastes. Qui utrumque locum expensitaverit, mecum sentiet. Criticus ex antiquioribus memoriæ prodidit, multum in hac oratione profecisse Demosthenem ex Lysia, Lyeurgo et Isæo. Δημοσθένης εἰς τὸν κατὰ Μειδίου τὰ τε Ἀυσίου καὶ Λυκούργου ἐκ τῶν τῆς ἠῤῥεως λόγων, καὶ τὰ Ἰσαίου ἐκ τῶν κατὰ Διοκλέους ἠῤῥεως μετενήνοχε. Theo. Progymn.

Instituta fuit hæc causa, cum Demosthenes annum ætatis ageret 33. Hoc disertissime testatur Plutarchus in vita, atque adeo Orator ipse, §. μγ'. οὔτος (de Midia verba faciens) γεγονώς ἔτη περὶ πενήκοντα, οὐδὲν ἐμοῦ πλείους λειτουργίας ὑμῖν λελειπούργηκεν, ὅς ἐξ ἑξήκοντα καὶ τριάκοντα ἔτη γέγονα. Juxta eundem Plutarchum, Zosimum, Vitæ Scriptores, Dionysium Halic. cæterosque fide dignos, natus erat Demosthenes anno, qui Centesimam Olympiadem proxime anteibat; ita ut hæc Causa, eam rem recte supputante eod. Dionysio, in annum quartum Olymp. CVII. caderet, archonte Athenis Callimacho. Κατὰ τοῦτον γέγραπται τὸν Ἄρχοντα [Callimachum] καὶ ὁ κατὰ Μειδίου λόγος, ὃν συνετάξατο μετὰ τὴν, ἢν ὁ δῆμος αὐτοῦ κατεχειροτόνησε (restituere ex MSS. μετὰ τὴν καταχειροτομίαν, ἢν ὁ δῆμος αὐτοῦ κατεχειροτόνησε.) Dionys. Halic. ad Ammæum. Plutarchus interea in vitis X. Oratorum, anno quarto Olymp. non XCIX. sed XCVIII. natum esse mavult auctorem nostrum. Quo duce, causam hanc meditabatur (egisse enim dicere, parum tutum esse videtur) anno extremo Olymp. CVI. siquidem Midiam, ut modo vidimus, in jus vocavit annos natus XXXII. At profecto ea tempestate plurimæ ex iis rebus gestæ non sunt, quas hic ut gestas Orator commemorat. Tu interea cave credas, Plutarchum Plutarcho adversari, (neque enim Tractatulus iste, quem habemus de vitis X. Oratorum, Plutarchi esse potest) verum recentem aliquem Scriptorem, Plutarchi nomine eumentito, Photii, qui de Vitis Oratorum commentatus est, indiligentiam et ἀνιστορησίαν studiose et dedita opera descripsisse, aliquando etiam nonnullam ex proprio penu addidisse. De Samuele Petito, qui in Demosthenis Natalibus fidem Pseudo-Plutarchi computo adstruere velit, (Attic. Legg. Edit. Nov. p. 266. seq.) commodior erit dicendi locus.

Hæc Actio peculiari nomine vocatur Προβολή. De qua diligenter minus, et perfunctorie tantum, qui Jurisprudentiam Atticam profitentur. Προβολή erat ex iis Actionibus, quæ publicæ dicebantur, uti ex hac oratione liquet, §. θ'. Ἔστι δὲ πρῶτον μὲν ἐκείνο οὐκ ἄδηλος ἐρῶν, — ὡς — δίκας ἰδίαις μοι προσῆκεν αὐτῷ λαχεῖν — οὐχὶ δημοσίᾳ κρίνειν αὐτόν. et deinde, εἰ μὴ προῦβαλλόμεν αὐ-

τόν, ἀλλ' ἐδικαζόμενον. Complectebatur quidem præcipue eos, qui in Festis et Religionibus insolenter, aut proterve egerint. Τοῦτο ἐὲ δημόσιον. προβολὴ γάρ ἐστιν ὄνομα δίκης κατὰ τῶν περὶ τὴν ἑορτὴν ἀδικούντων. Ulpian. ad init. hujus Orationis. Προβολὴ ἢ κλήσις εἰς δίκην κατὰ τῶν κακόνως πρὸς τὸν δῆμον διακειμένων — προβολαὶ δὲ ἦσαν καὶ αἱ τῆς σκολοφαντίας γραφαί. ἐγίνοντο δὲ καὶ περὶ τῶν ἐξυβρισάντων, ἢ ἀδικησάντων, ἢ ἀσεβησάντων περὶ τὰς ἑορτάς, ὡς ἡ κατὰ Μειδίου Προβολή. Poll. l. 8. c. 6. §. 46. Ἐν δὲ τῷ κατὰ Μειδίου, καὶ προὐβαλλόμενον, φησὶν, ἀδικεῖν τοῦτον περὶ τὴν ἑορτὴν, ἀντὶ τοῦ προβολῆ ἐχρησάμενον τῇ συνήθει καὶ νομιζομένῃ κατὰ τῶν περὶ τὴν ἑορτὴν ἀδικούντων, ὠνόμασα τοῦτον ἐν τῷ δήμῳ. Harpocr. Sycophantas etiam, ut ex Xenophonte, Æschine et Isocrate discimus. Οὐ πολὺ χρόνον ὕστερον μετέμελε τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ἐψηφίσαντο, οἵτινες τὸν δῆμον ἐξηπάτησαν, προβολὰς αὐτῶν εἶναι, καὶ ἐγγυητὰς καταστήσαι, ἐὰν κριθῶσιν — προὐβλήθησαν δὲ καὶ ἄλλοι τέτταρες. Xenoph. Hist. Gr. l. 1. exeunte. Τῇ μὲν Φήμῃ δημοσίᾳ θύομεν, ὡς Θεῶν τῶν ἐν σκολοφαντίᾳ, ὡς κακούργων, δημοσίᾳ προβολὰς ποιούμεθα. Æschin. π. παραπρ. [§. μέ. fin.] Περὶ δὲ τῶν σκολοφαντῶν χαλεπωτέρους, ἢ περὶ τῶν ἄλλων κακούργων, τοὺς νόμους ἔξεσαν. τοῖς μὲν γὰρ μεγίστοις τῶν ἀδικημάτων ἐν ἐν τῷ δικαστηρίῳ τὰς κρίσεις ἐποιήσαντο· κατὰ δὲ τούτων, γραφὰς μὲν πρὸς Θεσμοθέτας, εἰσαγγελίας δ' εἰς τὴν Βουλὴν, προβολὰς δ' ἐν τῷ δήμῳ, νομίζοντες τοὺς ταύτῃ τῇ τέχνῃ χρωμένους ἀπάσας ὑπερβάλλειν τὰς πονηρίας. Isocr. de Permutatione. Similiter in Accessionibus ad Harpocrat. ineditis, ex Cod. MS. in Biblioth. Reg. Cant. dicuntur ea actione teneri, qui Argentifodinas publicas clam exercent, aut aliquid demum ex publicis rationibus aliquo modo depeculantur. Errare ergo videtur T. Magister, cum scribit, ad Dionysia et in iis ἀδικήματα proprie pertinere, ad cætera improprie trahi hoc vocabulum. Προβολὴ καὶ ἡ κατὰ τῶν ἀσεβοῦντων ἐν τοῖς Διονυσίοις κατηγορία. καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἡ περὶ πάσης δίκης κατηγορία. ὡς Αἰσχίνης· δημοσίᾳ προβολὰς ποιούμεθα. Locum Æschinini modo laudavimus. Προβολαὶ igitur erant quasi *Provocationes ad Populum*, statim et indesinenter factæ, παρ' αὐτὰ τὰ δικάματα, ut loquitur noster, §. θ. med. §. ζ. et, τότε ἐν τῷ δήμῳ παραχρημα ἐξήλεξα, §. ζ'. Quod si Populi præjudicium fieret, causa ad Thesmothetas deferebatur, qui eam ad iudices adducebant, ut ibi περὶ τῆς τοῦ δήμου καταχειροτονίας, quo modo loquitur Libanius in argumento, contentio fieret. Καὶ τὰς εἰσαγγελίας εἰσαγγέλλουσιν, καὶ τὰς προβολὰς εἰσάγουσιν, καὶ τὰς τῶν παρανόμων γραφὰς. Poll. VIII. 9. Vid. σχ. Ulpian. ad hæc verba Demosthenis §. β'. καὶ κατηγορήσων, ἐπειδὴ τις εἰσάγει, πάρεμι, ὡς ὄρατε. Hanc denique actionem, ut omnes eas, quæ in publico jure versabantur, ἐξῆν τῷ βουλομένῳ γράφεσθαι, quoniam ad Remp. crimen spectare videbatur; hac tamen addita cautione, quod ὁ μὴ μεταλαβὼν τὸ

πέμπτον μέρος τῶν ψήφων, προσωφλίσκανε χιλίας. Poll. VIII. 6. Sunt autem qui existimant, προβάλλεσθαι, ut εὐθύνειν, εισαγγέλλειν, γράφεσθαι etc. de *Criminalibus* actionibus, prout a *Civilibus* distinguuntur, intelligi debere. Inter quos est magnus Budæus. [Δικαί ἰδαί et δημόσαι are they distinguished, as we do *Actions civil* and *criminal*? TAYLOR in schedis.]

Liberalitatem hanc Demosthenis, benevolentiamque in Tribum, qua se ipse ultro, cæteris renuentibus, Ludorum Curatorem designavit, honestissimo præconio nobilitavit Populiscitum, quod rogavit Demochares, ubi inter cætera legitur :

ΚΑΙ ΧΟΡΗΓΙΑΝ ΑΝΔΡΑΣΙΝ ΕΠΙΔΟΝΤΙ ΟΤΕ ΕΚΔΕΙΠΟΝΤΩΝ ΤΩΝ ΠΑΝΔΙΟΝΙΔΩΝ ΤΟΥ ΧΟΡΗΓΕΙΝ ΕΠΕΔΩΚΕ. κ. τ. λ.

Quod ad Midiam attinet, erat homo divitiis, auctoritate, et potentia apud suos nobilis: præter modum contumeliosus, ut ex hoc judicio liquet, et narratione etiam lepida, quæ apud Diogenem Laertium exstat in vita Diogenis Cynici: Ἄλλὰ καὶ Μειδίου κονδυλίσαντος αὐτὸν [Diogenem] καὶ εἰπόντος· Τρισχίλιαί σοι κεῖνται ἐπὶ τῇ τραπέζῃ· τῇ ἑξῆς πυκτικὸς λαβὼν ἱμάντας, καὶ καταλοήσας αὐτὸν ἔφη· Τρισχίλιαί σοι κεῖνται ἐπὶ τῇ τραπέζῃ. Credibile fortasse quibusdam videri possit, et ex hac historiola, et ex pretio, quo superius causam hanc transegisse Demosthenes dicitur, Talenti dimidium, sive MMM drachmarum summam, vel lege vel moribus fuisse in his contumeliis definitam. Perinde ut in antiquo jure Romanorum, in summa Auri raritate, contumelias et verbera paucillulo nummorum æstimabant. Unde homunculus apud Gellium XX. 1. in re lauta positus, Midia consimilem ludum lusisse dicitur. *Quidam Lucius Veratius fuit, egregie homo improbus atque immani vecordia. Is pro delectamento habebat os hominis liberi manus suæ palma verberare. Eum Servus sequebatur, crumenam plenam assium portitans: et quemcunque depalmaverat, numerari statim secundum XII. Tabb. quinque et viginti asses jubebat.* Ut ad Midiam revertar, videtur ex Plutarcho olim adducto in vita Demosthenis, facundia præcelluisse, causasque aliquando publicas egisse, ut liquet ex initio Androtianæ. Honoribus multis in Rep. functus, etiam eo ipso tempore, quo Demosthenem laccessivit, (si Ulpiano credimus) ἱππαρχίαν gessit, et militiæ equestris curam habuit; unde lux aliqua loco Orationis Midianæ, sc. §. ζ'. non plene adhuc intellecto, et, si hanc notitiam Hominis demseris, subobscuriori, affundi poterit. Olymp. CX. 1. ad Concilium Amphictyonicum cum potestate missus, Æsch. c. Ctesiphontem. Thrasylochum fratrem habuit, Demostheni pariter infensum, ut ex hac, et II. c. Aphobum, oratione constat. An causam egerit c. Phocionem ἐπὶ Ξενίου ἄρχοντος [sc. Olymp. CXVIII. 4.] ut affirmat Plutarchus in Hyperide, id profecto vehementer disputo. Nam et constat ex Auctoribus, quos longe ma-

jonis facio, quam hunc homuncionem, Phocionem cicutam bibisse Olymp. CXV. 3. et Midiam, tum, cum Æschines in judicium adduxit Ctesiphontem, sc. Olymp. CXII. 3. teste ipso Æschine in eadem oratione, atque etiam dolente, desiisse inter vivos numerari. En Historicum fide dignum! En illum, quem vocant Plutarchum. TAYLOR.

## SPALDINGII PRÆFATIO.

\* \* \*

Nunc, antequam ad ipsum oratorem dimittam lectorem, monenda mihi sunt aliqua, universe ad Atticæ orationis, et hujus potissimum, interpretationem spectantia.

Si sit judicialis oratio, quam legimus, ut est nostra, compellat plerumque orator judices suos, ibique apud Atticos recurrit semper illud: ὦ ἄνδρες δίκαστᾶι, vel, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. Eæ locutiones ex Attici fori natura sunt repetendæ. Cum enim populus ipse judicium muniis obeundis libertatis suæ usam exerceret, eodem redit, sive δίκαστᾶς sive Ἀθηναίους appellet auditores orator. Non loco nobili nati, non literis aut aliqua artificiali jurisprudentia instructi erant ii, qui judices sederent apud Athenienses; sed, qui homo esset et civis, is etiam recte judicare posse credebatur. Quæ judiciorum conditio, ut æqualium nostrorum aliquot futili, quam appellant, philosophiæ et levitati democraticæ magnopere fortasse arridebit, ita magis sobrie philosophantibus pestifera veræ libertati justitiæque et fuisse et esse debere videbitur. Præter Consilium in Colle Martio (τὴν ἐν Ἀργεῖ πύργῳ βουλευτήριον) quod solum, etiam post Periclis circumscribendi ejus conamina haudquam irrita, dignitatem aliquam conservabat, decem alia erant tribunalia, quorum quatuor cædes non consulto factas judicabant, paullo majori diligentia delecta illa, neque mera sorte data: sex autem de civilibus causis cognoscebant, in quibus levitas et nequitia Atheniensium grassabatur in primis. Horum judices sorte capiebantur omniumque ordinum civibus 30 annos natis aditus ad ea patebat. Nobilissimum eorum erat Ἰλιαία, non semper eodem constans illud judicium numero (etsi proprii ejus tribunalis erant quingenti judices) sed auctum, in majoribus causis, aliorum judiciorum accessione, qua ratione bis mille interdum sedebant judices. Apud hos causam dixisse Socratem ingeniose disputat Bugevillius in Commentariis Academiæ bonarum literarum Gallicæ V. 18. p. 87. Cum itaque judices in orationibus appellantur ἄνδρες Ἀθηναῖοι, probe id distinguendum est ab ipsius populi nomine, qui interdum hisce discrete opponitur, ut in nostra εἰ μὴ. ὅσων, καταχειροτονήσαντος τοῦ “δήμου”, ὑμεῖς κατεγνώκατε “ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.” Populus ille, est concio (ἐκκλησία). De judicibus Atheniensium locus

est aliquis in nostra oratione, in quo etiamnum hæreo. Negat Demosthenes (§. ξβ'.) τῶ μεθ' ὅπλων εἶναι συντεταγμένους μόνοις τῶν ἄλλων πολιτῶν, τοὺς ἀεὶ δικάζοντας ἰσχυροὺς εἶναι. Id quomodo sit intelligendum, non habeo dicere. Armati igitur iudicabant? An circumstabant Scythæ, Reipublicæ satellites, tribunalia? Concioni tamen et senatui iidem præsto erant, ut non possent dici iudices μόνοι τῶν ἄλλων πολιτῶν μεθ' ὅπλων συντεταγμένοι, in qua ipsa loquendi forma obscuritas est quædam. Nota fortasse res est peritioribus, ego nihil de ea apud scriptores inveniebam; et Ulpianus in extremis hisce deficit.

Dionysiorum vel Liberalium, festi Atheniensium, ratio, etsi a summis viris, Ruhnkenio (ad calc. Hesychii) et Bartholemio, (In Commentt. Acad. bon. lit. V. 39. p. 173. seqq.) luculentissime exposita, tamen ad nostram orationem non satis mihi videtur collata esse. Tria erant harum feriarum genera: Ruralia Dionysia, Lenæa, et Magna. Jam neminem eorum VV. DD. qui orationem nostram tractarunt subiit quærere: quo potissimum horum trium festorum pugnis a Midia cæsus esset Demosthenes? Lex, quæ recitatur §. γ'. quæque ex ea repetit orator §. δ. docent, post Pandiorum, vel Jovialium, festum comitia ea esse haberi solita, quibus de peccatis circa Dionysia iudicaret populus. Jam videtur fore ut pateat, quæ potissimum intelligantur Dionysia, si constet in quod tempus anni ceciderint Jovialia. Ea autem (si modo Πάνδια et Διασια eadem sunt festa, quod Taylora facile credo) Scholiastes Aristophanis ad Nub. 407. mense Anthesterione (respondet is nostris Januario et Febuario dimidiatis singulis) exeunte celebrari solita esse narrat. Hunc si sequimur, quæ alia possunt intelligi Dionysia nisi Lenæa aut Anthesteria, quæ Lenæone aut Anthesterione (idem est mensis, idemque festum, duplici appellatione) celebrabantur? Eo igitur festo vapulavit Demosthenes. Sed obstat, quod ipse dicit §. κά. fin. ἐναντίον πολλῶν — ξένων — ὑβρίζουµην. cf. etiam §. 60. post med. Lenæis enim Dionysiis non intererant peregrini, quod docet luculentus Aristophanis locus in Acharnensibus v. 501. 502. Quo accedit, Dionysia, si simpliciter appellantur, e Ruhnkenii sententia, manifestis argumentis firmata ea, intelligenda esse magna, vel urbana. Quo minus itaque putemus injuriam a Midia factam esse Demostheni Διονυσίαις ἀστικοῖς, nihil impedit nisi Scholiastes ille Aristophanis, Jovialia mensi Anthesterioni assignans, cum magna Liberalia mense Elaphebolione (Febuario nostro et Martio æquali) celebrarentur. Sed, idem si erroris convictus est, in miscendis Ἀθηναίοις et τοῖς κατ' ἀγροὺς, a summo Ruhnkenio, ad Acharnensium v. 201., quidni eum, itidem in tempore τῶν Πανδίων designando, hallucinatum esse suspicemur, cum nihil præterea ejus sententiæ faveat? Harpocratio et

Suidas Jovialia post Liberalia fuisse celebrata narrant, quo ipso magna, vel urbana, innuant Liberalia. Si velis itaque defendere Scholium ad Arist. Nubes, Taylori rationem deseras necesse est, et Διάσια a Παρδίσις differre agnoscas. Ea est Corsini in Fastis Atticis sententia, qui Διάσια Anthesterioni assignat, Παρδία autem Elaphebolioni. Jam ratio reddenda est lectionis a me in textum receptæ: τῆ ὑστεραία τῶν Παρδίων. Nullis ea Codd. nititur, sed est e conjectura Palmerii. Firmatur tamen satis, ipsius Demosthenis (§. 8.) verbis; ut licuerit eam sine dubitatione in tali editione exprimere, pro Codd. et edd. depravato illo: ἐν Παρδίονι. Restat τῆς πομπῆς τῶ Διονύσῳ ἐν Πειραιεῖ mentio (§. 8. facta) nobis expendenda. Memoratur hoc festum hoc uno loco, ut difficile sit aliquid certi de eo statuere. Si reputemus, tria etiam hic enumerari Dionysia et constare de πομπῇ τῇ ἐπὶ Ἀθηναίῳ pariter ac de ταῖς ἐν ἄστει Διονυσίαις, reliquum esse festum Liberalium ruralium apparebit. Quid si illud est ipsum hoc ἐν Πειραιεῖ? Demus tribus Hippothoontidis erat ipse Piræeus, quod luculentis testimoniis ostendit Meursius in Piræeo. In demis autem agebantur Διονύσια τὰ κατ' ἀγροῦς, ut ex Aristophanis Acharnensibus docet Ruhnkentius l. c., quo pertinent hæc potissimum Comici verba (v. 263—267): φαλῆς — ἔκτω σ' ἔπει προσεῖπον, εἰς τὸν “ὄημον” ἔλθων ἄσμενος. Optaverat autem antea (v. 250) idem qui illa dicit Dicæopolis, ut sibi liceret ἀγαγεῖν — τὰ κατ' ἀγροῦς Διονύσια. Ejusdem generis videntur esse τὰ ἐν Βραυρωῶνι Διονύσια, de quibus est Hemsterhusii disputatio ad Pollucis lib. 9. 74. p. 1046. Sic, pro variis, ubi agebatur, demis, varia fortasse aseisecebat nomina universum hoc Liberalium ruralium festum; neque mirum sit, si Piræensia Liberalia, tanquam ceteris clariora et majori apparatu agi solita pro toto genere h. l. memorentur. Hanc qualemunque conjecturam eruditorum examini, meliora doceri paratus, relinquo. De choragia hoc loco disputandi otium fere mihi fecit Libanius in argumento, cui addere juvabit F. A. Wolfii in Prolegg. ad Leptineam (p. 374. seqq. vol. II.) rei explicationem. Illam tangere liceat quæstionem, qualis fuerit is, quem Demosthenes instruxit, chorus? Duobus orationis nostræ locis, §. 7. ubi memorantur οἱ κριταὶ τῶ ἀγῶνι τῶν ἀνδρῶν, et §. 10. ubi ait noster σε κεχορηγημένοι ἀνδρατῆς ἀνδράσι satis apparet, tibicinum fuisse eum. Κριταὶ autem illi, post editum in theatro munus, sorte ducebantur ab Archonte, festi moderatore.

Injuriam a Demosthene acceptam genus paullo curatius exponere non ab re fuerit. Dicitur κενόδουλος εἰληφέναι. “Κενόδουλοι proprie sunt ipsarum articulorum in digitis prominentiæ, atque inde etiam plaga articulis inflicta.” Verba sunt Langbæni ad Longinum (p., Tollo, 136.) cf. Arist. Hist. animall. 1, 15. Hic vapulandi

modus quam ignominiosus fuerit et servorum proprius, docet prolixè Tollius ibid. p. 232. Jungitur illi, nostræ orationis §. κά. τὸ ἐπὶ κόρῃς τύψαι, i. e. τὸ τὴν γνώθον πλατεία πλῆξαι χεῖρὶ ε Phrynichi et Thomæ Magistri explicatione.

Oratio hæc ipsa scriptane sit solum an dicta ad iudices? quaerat aliquis. Docemur autem ab Æschine (§. κ'. §. οδ'. κ. Κτησιφ.) transegisse Demosthenem cum Midia, triginta minis ab eo acceptis. Posteriorem locum adscribere juvat: Δημοσθένης τὴν μισρὰν κεφαλὴν ταύτην καὶ ὑπεύθυνον, ἣν οὗτος (ὁ Κτησιφῶν) παρὰ πάντας τοὺς νόμους γέγραφε στεφανῶσαι, μυριάκις κατατέθηκε, καὶ τούτων μισθοὺς εἴληψε, τραύματος ἐκ προνοίας γραφὰς γραφόμενος, καὶ κατακεκοινῶνται, ὥστε αὐτὸν οἶομαι τὰ τῶν κοινῶν ἴχνη τῶν Μειδίου εἶχειν ἔτι φανερά. ὁ γὰρ ἄνθρωπος οὐ κεφαλὴν, ἀλλὰ κεφάλαιον, κέκτηται. Hic, ubi plus liceat quam in justa Æschinis editione, non dubitavi asciscere ingeniosissimam Toupii conjecturam, qua ille joco, alias inficecto, aculeum se dedisse non immerito gloriatur: scribendo nimirum κεφάλαιον pro πρόσδορον, quod est in omnibus libris. Glossema hoc sapit; est enim κεφάλαιον caput, unde usuræ redeunt. Cum hac litis cauponandæ facilitate male profecto coit grandiloqua ista integritatis suæ ab omni corruptione alienæ ostentatio apud nostrum §. β'. et §. ξ'. Sic, ejus ingenium mirabamur, ejus animum pene contemnere discimus. Erat enim contra leges ipsas talis causæ remissio §. ιά. sq. et ιδ'. Quod igitur habita hæc non fuit oratio, eo factum esse putarunt veterum aliqui, ut affectam, non perpolitam, relinqueret eam orator. Inde repetitarum aliquot sententiarum rationem reddi posse judicat Photius. Ex hoc genere illa potissimum est similitudo, quam ab ἐράνω mutuatur bis, et §. κή. et νά. Demosthenes. Equidem Taylora assentior qui, cum Photio, hanc iterationem commentantis fuisse putat et fluctuantis, quo loco talis sententia aptissime poneretur? Simili modo, etsi ea brevior est locutio, bis legitur: ἔσται βραχὺς ὁ λόγος κἄν ἀνωθεν κ. τ. λ. §. κγ'. et μέ. Quale autem et quantum ingenii robur in oratore nostro fuerit, id tum maxime apparet, cum inchoatum hoc ejus et affectum modo opus tot ac tantis videmus splendere virtutibus. Maximi hæc oratio semper facta est ab elegantissimis quibusque omni ævi hominibus. Testis sit Plinius minor, citante Taylora.

\* \* \*

## EX EDITIONE HERVAGIANA

### PRÆFATIO.

DEMOSTHENES pugno cæsus in theatro a Media Atheniensi prædivite, eum ad populum accusavit. Tunc enim ab illo pulsatus est

Demosthenes, cum Dionysia agerentur, qui ludi erant in honorem Liberi patris instituti, curatorque ludorum erat cum aliis delectus Demosthenes, quos choragos appellabant. eam injuriam, atque id crimen cum magnopere exaggerare vellet orator, aliquot hominum exempla recensens, qui ob hujuscemodi facinora in fraudem capitalem inciderant, et ab injuriis passis cæsi erant, ita inquit, *ὄ γὰρ ἡ πλεονεχία παρέστησε τὴν ὀργήν*, &c. Ut autem res melius intelligatur, uno aut altero versu locum altius repetitum traducam hoc modo, ac sesquiversu producam. Noverunt hoc multi, Evæona Læoda nantis fratrem inter epulas, in conventuque publico obtruncatum a Bæoto, unicum ob colaphum inflictum. neque vero unica plaga iræ impetum illi, sed ignominia civit. neque cædi ingenuis grave est, tametsi est ipsum grave. id enimvero demum grave est, ad contumeliam cædi. Siquidem multa facere, o viri Athenienses, existimari potest qui alium cædit, quorum partem, ne is quidem qui verberibus afficitur, indicare satis sermone atque effari possit, ipsa perpetrandæ rei specie, obtutu truculento, vocis atrocitate, adde cum sugillandi animo, quum inimicum se profitendo, denique quum pugnis, et quum in malam cædit. Atqui hæc promovent, hæc inquam emoveant de mentis suæ statu homines contumeliæ atque sugillationis insolentes. His commemorandis, o viri Athenienses, nemo est qui rei atrocitatem animis audientium oculisque repræsentare queat, præut quidem est injuria re ipsa conspicua omnibus numeris evidentia, iis qui rei spectatores fuerunt, ipsique adeo injuriam perpesso. Quorum verborum oratoris hæc sententia est, ea quæ rei adjuncta dicuntur (a Quintiliano etiam complexus causarum et circumstantiæ nomine appellantur, ut Græci appellant *περίστασις*) esse hujusmodi, ut magna ex parte animo magis concipi, quam verbo enunciari possint. Citatur autem hic locus a Jureconsulto in Cap. Aut facta §. qualitate rixæ. ff. de pœnis. Ubi cum Jureconsultus ea amplificationis argumenta quæ a circumstantia ducuntur, in septem modos digesserit, qualitatibus exemplum a Demosthene potissimum ducendum esse censuit, qui in qualitate et æstimatione injuriæ, facinoris perpetrati speciem (quod schema ipse vocat) animadvertendam esse duxit, hoc est, habitum et affectum corporis, animique tam pulsantis quam vapulantis, et quandam veluti actionem atque repræsentationem improbitatis ejus qui cædebat atque impotentis animi, contraque sædi ac pudendi aspectus ejus qui vapulabat exhibitionem, animo obversari judicium oportere, ut pœnam pro dignitate rei statuatur. In qualitate etiam ponit, traces minacesque oculos pulsantis, in eum qui pulsatur, tum vociferationem desævientis, territantisque eum qui violentiæ cedit. Quæ omnia accidere verisimile est, cum sugillandi animo id fit, id est, notam, ignominiamque inurendi homini integræ famæ intemera-



tique pudoris, quum inimicum se profitetur qui pulsatur, injuriamque ita accipi vult, tanquam ab inimico offendendique cupido illatam, cum plaga infligitur non expansa manu, sed in pugnum contracta, quo ictus sit nocentior et gravior, postremo cum in eam partem corporis de industria plaga incumbit, quo atrocissima noxa corpus multari potest, sugillataque ea pars esse ac diu manere conspicua, indeque facies delonestari. Hoc enim significat ἐπὶ κόρησιν, id est, κατὰ τῆς σιαγόνης πατάσαι, Atticorum lingua loquentibus. quod Interpreter ignarus *pupillam* transtulit, quasi κόρης Demosthenes scripsisset. Hæc sunt, inquit Demosthenes, quæ homines injuriis non assuetos animi impotentes faciunt, id est, quæ patientiam quantumvis prudenti excutunt. Quintilianus in sexto, de concitandis affectibus loquens, "Atrocitas," inquit, "crescit ex his, quid factum sit, a quo, in quem, quo animo, quo tempore, quo loco, quo modo, quæ omnia infinitos anfractus habent." Et paulum infra, "Plurimum tamen," inquit, "affert atrocitatis modus, si graviter, si contumeliose, ut Demosthenes ex parte percussi corporis, ex vultu ferientis, ex habitu invidiam Mediæ quærit." Idem alibi, "Namque in hoc eloquentiæ vis est, ut judicem non ad id tantum compellat, in quod ipse a rei natura ducetur, sed aut, qui non est, aut majorem quam est faciat affectum. Hæc est illa, quæ Dinosis vocatur, rebus indignis, asperis, invidiosis addens vim oratio, qua virtute præter alios plurimum Demosthenes valuit." Hæc et plura in Annotationibus posterioribus in Pandect. Budæus. Quin et Alcæus eundem locum exponit Dispositionum libro secundo, cap. 16.

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΜΕΙΔΙΟΥ  
 ΛΟΓΟΥ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΚΟΝΔΥΛΟΥ.

Pag.  
 ed.  
 Reisk.

ἘΟΡΤΗΝ ἤγονε ἱ Ἀθηναῖοι Διονύσιον, ἣν ἐκάλεον ἀπὸ τοῦ θεοῦ Διονύσια· ἐν δὲ ταύτῃ τραγικοὶ, καὶ κωμικοὶ, καὶ αὐλητῶν χοροὶ διηγωνίζοντο. καθίστασαν δὲ τοὺς χοροὺς αἱ φυλαὶ, δέκα τυγχάνουσιν· χορογὰς δὲ ἢ ἐκαστὴ φυλῆς, ἢ τὰ ἀναλόματα παρέχων τὰ περὶ τὸν χορὸν. ὁ ταύτην Δημοσθένης τῆς ἐαυτοῦ φυλῆς, τῆς Παιδιονίδος, ἐθέλωντος ἰπίστη χορηγός. ἐχθρῶν δὲ μεχρημένος τῷ Μειδίῳ, τῶν πλουσίων ἐνὶ φησὶ μὲν καὶ ἄλλα <sup>1</sup> περὶ τὴν χορηγίαν <sup>2</sup> αὐτοῦ πεισοθένας κενῶς, τὸ δὲ τελευταίον, ἐπὶ τῆς ἑρχόστροφας κονδυλίου <sup>3</sup> ἔλαβεν ἐναντίον πάντων τῶν θεατῶν. ἐπὶ τούτῳ κατηγορήσεν ἐν τῷ δήμῳ τοῦ Μειδίου, ὡς ἠσθεβηκότος εἰς τὴν ἑορτήν, καὶ <sup>4</sup> εἰς τὸν Διονύσιον. ἐκαλείτο δὲ ἡ τοιαύτη κατηγορία, προσβολή. ὁ μὲν οὖν δήμος κατέγνωκε τοῦ Μειδίου τὴν ἀσέβειαν. ἀγωνίζονται δὲ οὖν ἐν δικαστηρίῳ, περὶ τῆς τοῦ δήμου καταχειροτονίας. ἔδει γὰρ, καταγνήτος τοῦ δήμου, <sup>5</sup> δικαστέμεν κενῶν δευτέρου. ἔστιν οὖν ὁ ἀρχὸν περὶ ἰποτιμήσεως. οὐ γὰρ περὶ τοῦ μηδὲν ἀδικεῖν ὁ Μειδίας ἀγωνίζεται, ἀλλὰ περὶ τοῦ τιμήματος, πότερον ἴρβωσι, ἢ ἀσβεβείας ἡφαιεῖ δικῆν. ἡμῶς οὖν ὁ λόγος τῆ σπᾶσει, τοῦ μὲν Μειδίου λέγοντος, ὕβριν εἶναι τὸ παραχθέν, ἐπειδὴ ἔτυψεν ἄνδρα ἐλεύθερον· τοῦ δὲ Δημοσθένους, ἀσέβειαν, ἐπειδὴ χορηγός ἦν ὁ τυφθεὶς, καὶ ἐν Διονυσίοις, καὶ ἐν τῷ θεάτρῳ διὰ γὰρ τούτων καὶ ἠσθεβηκίνας τὸν Μειδίου φησὶν ὡς εἶναι διπλοῦν ὕβριν κατὰ <sup>6</sup> σύλληψιν, ὅταν μὴ ἐκβάλλοντες τὸ ὑπὸ τῶν ἀντιδικῶν εἰσαγόμενον ἵκεμα, καὶ ἕτερον αὐτῷ προστίθωμεν, ἅσπερ ἐπαύθη ὁ Δημοσθένης, τοῦ Μειδίου λέγοντος ὕβρικίνας, οἷκ ἐβάλλει μὲν οὐδὲ τὴν ὕβριν, προστίθησι δὲ αὐτῇ καὶ τὴν ἀσέβειαν.

508  
 509

7 ἜΤΕΡΑ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

510

ΔΙΑΦΟΡΟΙ παρ' Ἀθηναίους ἤγοντο ἑορταί. ἐν αἷς ἦν τὰ Παναθηναία, ἅσπερ ἦν διπλᾶ, μικρὰ τε καὶ μεγάλα. καὶ τὰ μὲν μεγάλα κατὰ πενταετηρίδα ἐτελείτο· τὰ δὲ μικρὰ κατὰ τριετη-

<sup>1</sup> ἐπὶ R. <sup>2</sup> ἰπ' αὐτοῦ T. <sup>3</sup> λαβεῖν T. <sup>4</sup> Deest εἰς. T. <sup>5</sup> τὸ δικαστ. κενῶν T. <sup>6</sup> σύλληψιν. ἔστι δ' ἑῷτος, ὅταν T. <sup>7</sup> ΑΛΛΩΣ.

ΠΕΡΙ] Ita ex Codd. Regg. a. β. et Vindob. non ὑπὲρ cum vulgatis. ΤΑΥΛΟΝ.  
 Περὶ τὴν χορηγίαν] Ἐπι Edit. superiores, Ald. Felic. et Paris. cum MS. Baroc. et Vindob. Wolfius περὶ vel κατὰ legit. Variatum est in cæteris. παρὰ, ὑπὸ, Man. Codd. Regg. Lind. Ven. Bodl. Istud παρὰ est omnium optimum. Demosthenes statim inennte oratione, § α. πολλὰ καὶ βίαια παθῶν παρὰ πᾶσαν τὴν χορηγίαν. Proxime τὴν χορηγίαν αὐτοῦ Ald. Felic. Man. Paris. et MSS. nonnulli. ΤΑΥΛΟΝ. Vix dubito, quin, pro περὶ τὴν χορηγίαν αὐτοῦ πεπονθέναι, sit scribendum: παρὰ (hoc e Paris. a. nam περὶ sine auctore datum est ab H. Wolfio) τὴν χορηγίαν ἰπ' (hoc de conjectura additur) αὐτοῦ (lenem aliquot edd. habent) πεπονθέναι. SPALDING.  
 λαβεῖν] Ἐλαβεν cum Ald. Bar. Felic. Man. Paris. Vindob. etc. legit et interpretatus est Wolfius. διέλαβεν Ven. λαβεῖν margo Benenali. ΤΑΥΛΟΝ.  
 Προβολή] Videtur latius patuisse hoc actionis genus, quam hic a Libanio et a Thoma Magistro quoque finitur, qui fuisse

ait actionem in eos, qui in festo Dionysiorum deliquissent, καταχειροτονίως δὲ καὶ τὴν περὶ πάσης δικῆς κατηγορίαν. Aptissime ex locis Xenophontis, Isocratis et Æschinis, apud Taylorum in præf. ad hanc or. exhibitis, dixeris fuisse Provocationem ad populum. SPALDING.  
 τὴν ἀσέβειαν] τὴν ante ἀσέβειαν abjecerim. IDEM.  
 Περὶ ἰποτιμήσεως] De estimatione litis, ὅ, τι χρὴ παθεῖν, ἢ ἀποτίσαι. Postea [sc. §. §. med.] τὴν ἰποτιμήσιν alio nomine τὸ τίμημα vocat. WOLF.  
 Στάσει] De constitutione causarum (vel statu) et quidem hac potissimum definitiva (ὀρκιστάσει) tironibus consulendus est Cic. de Inv. l. 1. c. 8. it. Quint. III. 6. 79. et passim hoc capite; loquitur enim Fabius ut de nota re, neque justam adhibet definitionem. SPALDING.  
 ἜΤΕΡΑ ΥΠΟΘΕΣΙΣ] Desideratur hoc posterius Argumentum, quod ex editione Taylorana edere curavimus, in editione Spaldingii.  
 Διπλᾶ] Restituimus ex Edit. Paris. et MS. Vindob. ΤΑΥΛΟΝ.

εἶδα. ἐν μὲν οὖν ταῖς μεγάλας γυμνασίαις τινα ἐγίνοντο, καὶ προῦβάλλετο ἀφ' ἑκάστης φυλῆς εἰς γυμνασιαρχοῦς, λαμβάναντες ἑαυτοὺς εἰς τὸ γυμνάζειν τοὺς ἐπιτελούσοντας τὴν ἑορτὴν, καὶ δάσκοντες τὰς τούτων δαπάναις τοῖς τῆς αὐτοῦ φυλῆς. ἤγετο δὲ παρ' αὐτῶν καὶ τὰ Διονύσια, καὶ ταῦτα διωπλᾶ, <sup>1</sup>μικρὰ τε κατ' ἔτος ἐν ἄστει, καὶ μεγάλα διὰ τριετηρίδος ἐν τοῖς ληνοῖς· ἐν οἷς προῦβάλλετο χορηγοῦν ἀφ' ἑκάστης φυλῆς πρὸς τὸ τρέφειν χορευτοὺς παιδῶν τε καὶ ἀνδρῶν· ἐλάμβανε δὲ εἰς τοῦτο χορηγοῦν ἐπιτάσας διὰ τῆς ἑορτῆς ἠγωνίζοντο πρὸς ἀλλήλους οἱ χορηγοὶ καὶ ἤρισον, ὕμνος εἰς τὸν Δίονυσον ἄδοντες· καὶ τῶν κινῶντι τρίπους τὸ ἀθλον ἦν· ἐπειδὴ τὸν αὐτὸν ἦσαν καὶ Ἀπόλλωνα καὶ Δίονυσον ὄντες. παυομένης δὲ τῆς ἑορτῆς, ἐν τῷ πρώτῳ μῶνι προῦβάλλετο οἱ χορηγοὶ τῆς μελλούσης ἐορτῆς, ἐν τῷ οὐκ ἐν τῷ παρόντι καιρῷ παρεβλήθησαν οἱ χορηγοὶ ἐκάστης φυλῆς. ἐσπώνιζε δὲ ἡ Πανδιονίς, ἡ τοῦ Δημοσθένους φυλὴ, χορηγοῦν, καὶ ἠμέλεινα τὸ παρεῖναι ἔτος, τὸ δεύτερον, τὸ τρίτον. ἔτος δὲ ἦν πρὸ μῶνους τῆς ἑορτῆς τὸν ἀρχοντα συνέγειν τοὺς χορηγοῦς ἐκάστης φυλῆς εἰς τὸ λαχεῖν περὶ πάντων αὐλητῶν καὶ ἐλθόντων τῶν χορηγῶν ἐκάστης φυλῆς πλὴν τοῦ τῆς Πανδιονίδος, ἰδὼν ὁ Δημοσθένης τὴν αὐτοῦ φυλὴν ἀτιμαζομένην παραπάνω, τῆ μὴ κενεῖσθαι χορηγῶν, αὐτεπαγγέλτον καὶ αὐτοχρηματούμενον αὐτοῦ χορηγῶν τῆ φυλῆ καδίστασι· κενεῖσθαι ἐπηρεῖτο σαφῶς πάντων. <sup>2</sup> καὶ λαχόντος· αὐτοῦ περὶ πάντων αὐλητῶν,

511

<sup>1</sup> δάσκοντας τούτων <sup>2</sup> μικρὰ τε καὶ μεγάλα, καὶ τὰ μὲν μικρὰ ἤγετο κατ' ἔτος, τὰ δὲ μεγάλα διὰ τριετ.

<sup>3</sup> καὶ δὴ

Δάσκοντες] *Eam utique lectionem quam revocavit Wolfius, interpretationemque suam juxta accommodavit, (cum Edit. constanter fere δάσκοντας, quod certe pro nihilo habeo) constat tamen, MSS. Codd. vel in varietate legendi, antiquæ scripturæ auctoritate, non Wolfii emendationem tueri, cum Lambini Codd. et Vindob. habeant εἰς τὸ γυμνάζειν τοὺς μέλλοντας ἐπιτελέσαι τὴν ἑορτὴν, καὶ διδόναι τὰς τούτων δαπάναις, et quæ sequuntur. IDEM.*

Τοῖς τῆς αὐτοῦ φυλῆς] *Scil. χορευταῖς, ἢ ἀγωνισταῖς. WOLF.*

Μικρὰ τε] *Fortasse μικρὰ τε κατ' ἔτος (ἢ κατ' ἕκαστον ἑνιαυτὸν) ἐν ἄστει, καὶ μεγάλα διὰ τριετηρίδος. Sic esse legendum colligi potest e vita Tragicorum Poetarum, Æschyli, Sophoclis, Euripidis, et Aphiarei apud Plutarchum in vita Isocratis, ubi fit mentio διδασκαλιῶν ἀστυμῶν καὶ ληναϊκῶν. WOLF. Vides, mi Lector, textum, quem cudi fecimus, esse ex Wolfiano penu, cum Edit. superiores, quas ille in hac nota reformare voluit, constanter legant μικρὰ τε καὶ μεγάλα διὰ τριετηρίδος. Sola Parisiensis, si Cod. Vindob. excipias, effusius paulo, et quodammodo ad Wolfii mentem propius: Διονύσια, καὶ ταῦτα διωπλᾶ, μικρὰ τε καὶ μεγάλα, καὶ τὰ μὲν μικρὰ ἤγετο κατ' ἔτος, τὰ δὲ μεγάλα διὰ τριετηρίδος ἐν τοῖς ληνοῖς. Utcunque distinxerit Wolfius inter Liberalia in urbe, et Liberalia ἐν τοῖς ληνοῖς, (et ego recte distinxisse non negaverim) Tu tamen cave fidem adhibeas Scriptori nostro anonymo, et hic, et in sequentibus, qui Festa Bacchi universaria alia, alia trieterica esse contendit. Neque enim vera ait. DIONYSIA peculiari commentario illustrare voluit I. Meursius, qui non pauca Festa Atheniensium dedita opera et multo literarum Imine elucidavit. Eos labores, sive injuria ætatis interceptos, sive ad umbili-*

*cum non perductos, aliqua ex parte compensabant, quæ de istis sacris commentati sunt, Scaliger ὁ μέγας de Emend. Temporum, Is. Casaubonus Animadv. ad Athenæum, p. 445. et Commentar. ad Theophrast. p. 131. Castellanus de Festis Græcorum, Seldenus ad Marm. Oxon. p. 166. seqq. Edit. Mattaire, Viri docti ad Æliam. V. H. II. 13. 30. Petavius ad Themistii Orat. XII. Palmerius in Exercit. ad Auctores Græcos, p. 505. 617. Petitus ad LL. Atticas, p. 112. Edit. Wesseling. Meurs. Athen. Attic. p. 150. Spanhemius de usu Numismatum, et in Notis ad Aristoph. Nubes, Menægius denique in tractatu, quem de Fabula Terentii, Heautontimorumenos dicta, patrio idiomate conscripsit. TAYLOR.*

Ἐπιστάσης δὲ τῆς ἑορτῆς] *Wolfius: Festo autem jam instante, minus recte; nec enim certabant inter se choragi festo jam instante, sed in ipsa festi celebratione. Reddendum itaque: Quum vero celebraretur festum. JURIN.*

Χορηγοὶ] *Wolfius: Ædiles. Sed Ædilis apud Romanos longe alia et longe major erat auctoritas et munus, quam choragi apud Athenienses. Malim itaque: Choragi, vel chori ductores, tum hic, tum ubique. IDEM.*

Ἐσπώνιζε δὲ] *Ita cum Paris. non δὴ. TAYLOR.*

Πρὸ μῶνους τῆς ἑορτῆς] *Ἐντὶ τοῦ, μῶνα πρὸ τῆς ἑορτῆς. WOLF.*

Εἰς τὸ λαχεῖν etc.] *Ἐντὶ τοῦ, εἰς τὸ κληροῦσθαι τοὺς αὐλητὰς. Quid inter τὸ λαχεῖν καὶ κληροῦσθαι differat, non est ignotum. IDEM.*

Πλὴν τοῦ τῆς Πανδιονίδος — τῆ φυλῆ καδίστασι] *Vid. Var. Lect.*

Καὶ λαχόντος] *Paris. καὶ δὴ λαχόντος. melius. Ἐτ pro λαχόντος in marg. κληροῦμένου. TAYLOR.*

συνέσραξεν <sup>1</sup> αὐτῷ ἢ τήν τε πρῶτην, καὶ ἔλαχεν αὐτῷ ὁ καλλίστος τῶν αἰλιτῶν ὁ Πλε-  
 φάνης. θεῶν <sup>2</sup> οὐκ ἐκρίναται τὴν αὐτῷ χερὶν πλείον τῶν ἄλλων, ἐποίησεν αὐτὸν φορέσαι χρο-  
 σοῦς στεφάνου. Μειδίας δὲ, τῶν πολιτευομένων <sup>3</sup> τις, ἂν σφόδρα πλούσιος καὶ πολλὰ δυνά-  
 μεις, ἐξέταξεν τῷ Δημοσθένει γερμῶς διὰ τὰς αἰτίας, ἃς ἔχει <sup>4</sup> κατὰ μικρὸν ἐν τῷ λόγῳ, πολ-  
 λήν τε καὶ ἄλλα παρανομίαι καὶ ἐπιπέραζε, καὶ δὴ <sup>5</sup> καὶ ὁ Δημοσθένης λέγει, ὅτι ἐμμένοντων τῶν  
 κριτῶν τῷ καλῶς ἄσαντι δοῦναι τὴν ἰκτὴν, ὑπῆταν αὐτοῦς ὁ Μειδίας ἔλεγε, πλὴν Δημοσθένους.  
 ὅθεν ὁ Δημοσθένης, ἔβλε ἐπέγραψε αὐτῷ, καὶ τελευτῶν, εἰς τοιαύτην ἔλθε μακίαν ὁ Μειδίας, ἅσπε  
 ἐν τῷ θεάτρῳ κἀδύλον αὐτῷ παρασχεῖν, καὶ τὴν ἱερὰν περιπέριξαι ἐσθῶτα. καὶ ἰδὼν ὁ δῆμος  
 ἐπιστάσαντι ἢ παρὰ τῆς παλαιᾶς ἐπὶ κακοῦ ἐλαμβάνεται. ἀπελθὼν δὲ ὁ Δημοσθένης ἐσκέ-  
 ψατο τὴν παρὰ τὰ λόγια, καθυπερῶν αὐτῷ δημοσίων ἀδικημάτων ἐν βῆ καὶ διαβάλλει τὸν Μει-  
 δίαν ἃς κλέψαντα <sup>6</sup> τῶν χροσῶν στεφάνων ὀνητοῦν παρὰ τοῦ χρυσοῦχου. ἄγει τοῖνυν αὐτὸν ἐπὶ  
 τὸν κρισὶν ὁ βῆται, καταφύγει πλείστη καὶ τήν τε σφόδρῳ προσχευομένην. ἢ γὰρ τοῦ Μειδίου  
 αἰτίας, καὶ ἢ τῶν παρανομῶν προπέτεια, τῇ καταδεδῆκῃ συμμαχεῖ. Ἡ δὲ στάσις ἰσχυρῆ,  
 ζήτησις ἡμῶν ἰδίῳ ἵσχυρῳ τῷ ἐρωτηματί. ἢ μὲν γὰρ Μειδίας, ἰδιωτικὸν, ὁ δὲ βῆται, δημοσίον  
 εἶναι κατασκευάζει. ὅσοι γὰρ ἔστιν, οὗ τὸ μὲν, πέπρακται, τὸ δὲ, λείπει πρὸς τὸ τέλος τοῦ 512  
 ὀνηματος τῷ ἐπιπεδομένῳ τῷ πράγματι. ἃς ἐπὶ τοῦ τὸ κριστάφιον ἐξέταξας καὶ κερμομένου  
 τιμωροῦχος. ἐνταῦθα γὰρ πέπρακται μὲν τὸ ἐρέξαι, λείπει δὲ τὸ τάφον <sup>7</sup> ἐρέξαι. λείπει γὰρ ὁ  
 φοῖτος, ἀρεξαι μὲν, οὐ τάφον δὲ οὐ γὰρ ἐξενεκεῖν. ἢ δὲ δικάων ἀντιφέρει, ὅτι τὸ ἐρέξαι κρι-  
 σοτάφον, τιμωροῦχος καλῶς. αὐ γὰρ αὐτὸς ῥέει, ὅτι κρισοτάφιον ἔστιν ἄλλ' ἃς τάφον ἐρέττων,  
 ἐπεὶ κρισοτάφιον εἴρηται, ἀρεξίς μὲν δοῦναι δίκην. οὕτω κἀνταῦθα, πέπρακται μὲν τὸ τυψαί τὸν  
 Δημοσθένειν λείπει δὲ, τὸ καλεῖσαι τὸν αὐτοχειροτόνητον χροσῶν. ὁ γὰρ Δημοσθένης λέγει, ὅτι  
 χροσῶν ἐτυψαί: ὁ δὲ Μειδίας, ὅτι <sup>8</sup> χροσῶν οὐκ ἐτυψαί: αὐτοχειροτόνητος γὰρ ἦσθα ἄλλ' <sup>9</sup>  
 ἰδιώτην. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἡμιότιον ἀδικημα. Διπλοῦς <sup>10</sup> δὲ ἔρος εἶδος τοῦ κατὰ σύλληψιν.  
 κατὰ σύλληψιν δὲ ἔστιν, ὅταν ὁ δικάων τὴν <sup>11</sup> αὐτοῦ δικαιολογίαν καὶ τὴν τοῦ φεύγοντος εἰς ἐν  
 συνάγῃ. εἶθα γὰρ οὗ τὸ μὲν, ἐκβάλλει <sup>12</sup> τις, τὸ δὲ, δέχεται, ἀλλ' ἄμφω συγκροτεῖ καὶ συλ-  
 λαμβάνει, <sup>13</sup> ποῦτα ἐπαρῶμεν τὰ εἶδη. φαίνεται οὐκ ἔστιν ἐν πολλοῖς τοῦτο πικρὸν μέγεθος, καὶ  
 φάσκων ἅμα αὐτῷ καὶ τὴν πόλιν ὑβρίζουσαι. κεφάλαια δὲ, τὰ τῇ <sup>13</sup> στάσιι προσηκόντα ἔστι τοῦ

<sup>1</sup> αὐτῷ      <sup>2</sup> οὐκ ὁ Δημοσθένης κριτ. τὸν αὐτῷ      <sup>3</sup> τις ὧν,      <sup>4</sup> μετὰ      <sup>5</sup> καὶ ὡς ὁ  
<sup>6</sup> ἀπὸ τῶν      <sup>7</sup> ἐρέξαι, οὐ κρισοτάφον.      <sup>8</sup> χροσῶν ἀπὸ τῶν οὐκ      <sup>9</sup> δὲ ὁ ἔρος  
<sup>10</sup> αὐτοῦ      <sup>11</sup> τις      <sup>12</sup> τοῦθ'      <sup>13</sup> τάξει

Συνέσραξεν κ. τ. λ.] Ὀμηρικῶς saepe Da-  
 tivī pro Genitivis ponitur: sed hic lego  
 aut αὐτῷ τῇ προθυμίᾳ, aut αὐτῷ τῆς προ-  
 θυμίας. sub. ἕνεκα. WOLF. Olim legebat-  
 ur αὐτῷ — τῇ προθυμίᾳ. marg. Par. αὐτοῦ.  
 TAYLOR.

Καὶ ἔλαχεν] Ἀντὶ τοῦ, ἔλαχε τὸν ἀριστον.  
 WOLF.

Τῶν πολιτευομένων τις] Wolfius: unus  
 ex civitatis gubernatoribus. Rectius puto:  
 unus ex Rhetorum numero, vel unus ex  
 corum numero, qui civitatis negotiis se im-  
 miscabant. JURIN.

Πολὴ δὲ δυνάμενος] Wolfius: magna aucto-  
 ritatis, malim, magna potentia. Auctori-  
 tas enim virtuti tribuitur: potentiam ve-  
 ro factione et partium studio vel impro-  
 bissimi nonnunquam consequuntur. IDEM.

καὶ δὴ καὶ] Tum vere quoque: Wolfius.  
 Erratum forte preli est, et legendum:  
 Tum vero quoque. IDEM.

Τῷ καλῶς ἄσαντι δοῦναι τὴν ἰκτὴν] Wolf-  
 ius: se victoriam illi daturus, qui praclare  
 cecinisset. Vertendum: qui optime ceci-  
 nisset. IDEM.

Ἐν τῷ θεάτρῳ] Ut ei aloram impingeret,  
 et vestem dilaceraret. Wolfius. Quem  
 miror in Interpretatione eas potissimum  
 voces omisisse, quibus Orator ipse tantam  
 vim et auctoritatem tribuit: ut impinge-  
 ret in theatro, et vestem sacram dilacera-  
 ret. Vid. ζ. ζ. med. ζ. κ. med. ζ. κά.

fin. TAYLOR. Legendum: ut etiam in  
 teatro ei aloram impingeret, et vestem  
 sacram dilaceraret. JURIN.

λείπει δὲ τὸ τάφον ἐρέξαι] Wolfius: am-  
 bigitur vero, an sepulcrum sit effossum.  
 Rectius: id vero deest, ut sepulcrum fue-  
 rit, quod effossum sit. IDEM.

Ὁ δὲ δικάων ἀντιφέρει] Wolfius: Accusa-  
 tor vero objicit. Rectius: reponit, vel  
 retorquet. IDEM.

τὸν αὐτοχειροτόνητον] Wolfius: qui ultro  
 sese obtulit. Melius: qui, nemine suffra-  
 gium ferente, se ipse obtulit. IDEM.

αὐτοχειροτόνητος γὰρ ἦσθα] Wolfius:  
 nam tuo suffragio es creatus. Verten-  
 dum: nam tuo unius suffragio es creatus.  
 IDEM.

Ἄλλ' ἰδιώτην] Editio Parisiensis cum  
 Cod. Vindob. multa in hoc argumento  
 pleniora et disertiora habet, sed quibus  
 sensus non magnopere adjuvat. Ut in  
 hoc loco: ὁ δὲ Μειδίας, ὅτι χροσῶν ἀ-  
 πλῶς οὐκ ἐτυψαί: αὐτοχειροτόνητος γὰρ  
 ἦσθα: ἀλλὰ Δημοσθέειν ἰδιώτην ὄντα:  
 τὸ δὲ τυψαί ἰδιώτην οὐκ ἔστιν ἡμιότιον  
 ἀδικημα. Eodem tenore orationis proced-  
 unt in iis, quae mox sequuntur: φαίνεται  
 οὐκ ὁ Δημοσθένης — καὶ φάσκων ἅμα  
 Δημοσθέειν κ. τ. λ. TAYLOR.

Τοῦτῳ] Recte Wolfius pro τοῦθ' Edi-  
 tionum omnium superiorum. IDEM.

κεφάλαια δὲ, τὰ τῇ τάξει προσηκόντα]

513

λόγῳ. τὰ δὲ προίμια, καταφορικά, ὑπερβολὴν ἔχοντα πολλὴν, καὶ τῶν περιστάτικῶν αἰζητῆ. τὸ γὰρ, οὐ πρὸς ἅπαντας, καὶ οὐ πρὸς ἐμὲ μόνον, καὶ τὸ αἰεὶ, τὴν μελέτην τῆς ἀσπασίας, καὶ οὐ πρὸς ἅπαντας ἐκ τύχης ἡμαρτηκίᾳ δεικνύσι. κεφάλαια δὲ τοῦ <sup>1</sup> λόγου ταῦτα, ἕξος, ἀνδοξισμῶς, γλαμπλομοδέτου, συλλογισμῶς, <sup>2</sup> πηλικότης, μία τῶν ἀντιθετικῶν, μεθ' <sup>3</sup> ἣν τὸ μεταληπτικόν, καὶ ἀντιληπτικόν. ἐνταῦθα διὰ τεσσάρων ἔξων ὁ ῥήτωρ ἐμπλέκει τὴν κατηγορίαν, δεικνύων, ὅτι δημοσίᾳ Μειδίας ἠδίκησεν. ἔστι <sup>4</sup> δὲ πρῶτος ἕξος οὗτος, ὅτι οἱ ἐν ἐρτῇ ἀδικούντες, δημοσίῳ ἀδικίᾳ ποιοῦσι. δεύτερος ἕξος, καὶ μάλιστα <sup>5</sup> εἰάν οἱ χρηστῶ ἀδικούνται. <sup>6</sup> Τρίτος, ὅτι πᾶσα ἕβρις δημοσίῳ ἐστὶν ἀδικίᾳ· παραλογίζεται δὲ ἐνταῦθα ἐκ τῆς ὁμανυμίας τῆς ἕβριος, λέγεται γὰρ ἕβρις ἢ δι' αἰσχρομύρας, καὶ ἢ διὰ λόγων, καὶ ἢ διὰ πληγῶν, δημοσίῳ δὲ ἀδικίᾳ ἠλοῦτο τὴν αἰσχρομύραν, τῆ οὖν ὁμανυμία παρελογίσαστο. τέταρτος ἕξος, ὅτι ὁ πάντας αἰεὶ ἕβριζον δημοσίᾳ ἀδικεῖ· εἰ γὰρ τὸ δημοσίῳ ἐν πάντων συνίσταται, ἀρα δημοσίῳ τὰ δίκαια. τίθησι δὲ σπηματικῶς ἐν τῇ προίμῳ τὰς τέτταρας ἕξους. ἐκ τούτων εἰσὶν ἐν τοῖς ἀγῶσι τρεῖς. τὸν δὲ <sup>7</sup> τέταρτον τίθησιν ἐν τῇ παρεικθᾶσει. <sup>8</sup> Δικαίως λέγει γὰρ ὅτι πάντας ἕβριζον δημοσίᾳ ἀδικεῖ, πρὸς ἕβρις λέγων τὸν πρῶτον αὐτοῦ βίον. ἔχει δὲ <sup>9</sup> ὁ λόγος οὗτος δύο προίμια· τὸ πρῶτον ἐκ ἀναβολῆς εἰλημμένον τοῦ ἐπιπέτου, καὶ ἐκ συστασεως τοῦ οὐκ αἰεὶν προσάπτου, καὶ ἐκ ἀσροσχηθῆ. ἔστι δὲ ἡ πρότασις ἡμετέρας· καὶ τὸ μὲν πρῶτον μέλος ἀκατάσκευον τὸ δὲ δεύτερον καὶ αὐτὸ ἡμετέρας. καὶ κατασκευάζει τούτων ἐκάτερα. εἴτα ἐπιφέρει τὸ συμπέρασμα, ἐν ᾧ ἐστὶν ἡ προσήχη. <sup>10</sup> Ὅρος κατὰ σύλληψιν. λέγεται δὲ οὕτως, ὅταν τοῦ φερόμενος ἀντονομάζοντος, ὁ δικάων καὶ τούτου κτήσιν ἐπέσθῃον αὐτὸν εἶναι λέγη τῇ νόματι. ὥστε <sup>11</sup> διπλῶς ἐστὶν, ἐπεὶ δύο <sup>12</sup> περιέχει ἑγγυήματα. <sup>12</sup> παραδείγματα. ὁ στρατηγὸς ὁ βιασάμενος τὴν παραδείξασιν κόρην ὑπὸ

514

<sup>1</sup> λόγου εἰσι ταῦτα      <sup>2</sup> πηλικότης πρὸς τι, καὶ μία      <sup>3</sup> ἦν ἐπιπέτει τὸ  
<sup>4</sup> δὲ ὁ πρῶτος      <sup>5</sup> Deest εἶν.      <sup>6</sup> τρίτος ἕξος      <sup>7</sup> τέταρτον ἔξων      <sup>8</sup> καὶ δικαίως.  
<sup>9</sup> ὁ παρὸν λόγος      <sup>10</sup> διπλῶς      <sup>11</sup> περιέχει      <sup>12</sup> παραδείγματα ὁ

Videntur aut hæc verba redundare, aut ipsa capitum enumeratio deesse. Fortassis etiam legendum προίκοντα, ἀντὶ τοῦ, προίοντα. WOLF. Nihil eorum, quæ suspicatus est bonus Wolfius, aut redundat, aut deest, neque fortassis legendum προσήκοντα. Tu tamen cum marg. Edit. Benenati et Vindob. leges τῇ στάσει προσήκοντα non, τῇ τάξει, et versionem pariter reformabis. Monendus es autem, abesse nonnulla, quæ hic leguntur, a Codd. Vindob. et Reg. a. atque ita procedere sententiam integræ simillimam: κεφάλαια δὲ, τὰ τῇ στάσει προσήκοντα, τὰ δὲ προίμια καταφορικά, ὑπερβολὴν ἔχοντα πολλὴν κ. τ. λ. Unde admonuit doctissimus Marklandus, aliquid hujusmodi subsesse: scil. κεφάλαια δὲ, τὰ τῇ στάσει προσήκοντα, τὰ δὲ προίμια etc. Hucusque enim a linea 11<sup>ma</sup>. paginæ prioris de Statu disseruerat: Jam ad Proœmia explicanda accingitur. TAYLOR. Wolfius: Ac capita in oratione ordine posita, hæc sunt. At nisi Græca corrupta sint, vertendum videtur, Habet autem oratio capita ordini instituto convenientia. JURIN.

Ἐπερβολὴν] Τούτῃστιν, αἰζητικά. Sed περιεβολὴν pene malim, de qua vide Hermogenem. ὑπερβολὴν Cicero superlativem, nonnulli excessum vertunt. WOLF. περιεβολὴν, qua voce tantopere delectabatur Wolfius, ut eam, non alteram, lectionem interpretatione donaret, habent MSS. quibus usi sunt Aldus, Manutius et Felicianus. TAYLOR.

Τὸ γὰρ, οὐ πρὸς ἅπαντας, καὶ οὐ πρὸς ἐμὲ μόνον, καὶ τὸ αἰεὶ] Agitur hic de vehementia qua orationem orditur Orator, ubi hæc verba habet, τὴν ἕβριν ἢ πρὸς ἅπαντας

αἰεὶ χρῆται Μειδίας. Itaque proculdubio legendum, τὸ γὰρ, πρὸς ἅπαντας, vel saltem, τὸ γὰρ, ἢ πρὸς ἅπαντας. Id cum non animadverteret Wolfius, multum ab Expositoris mente aberravit. Cum enim reddit, Id quod hoc, Annon adversus omnes? et, non contra me solum: item, petulantiam semper meditatunt, et, non semel fortuito deliquisse, ostendunt; vertere potius debuisset, Istud enim adversus omnes, et non in me solum, et istud, semper, studium improbitatis, non semel fortuito deliquisse ostendunt. JURIN.

[Γνώμη νομοδέτου] Wolfius, sententia legislatoris. Potius, legislatoris consilium, vel scopus. IDEM.

Ἐάν — ἀδικούντα] Ἐάν — ἀδικούντα i.

MARKLAND.

Αἰσχρομύρας] Αἰσχρολογίας MSS. Ald. cum Vindob. et marg. Par. ubi etiam hic locus ita legitur: λέγεται γὰρ ἕβρις ἢ δι' αἰσχρολογίας γινωμένη. λέγεται ἕβρις καὶ ἢ διὰ λόγων. λέγεται σάβιν ἕβρις καὶ ἢ διὰ πληγῶν. TAYLOR.

Ὅρος κ. τ. λ.] Vix habeo necesse admonere lectorem, hæc non continuari orationis filo, (cum supra explicatum sit, quid intellexerint Rhetores per Ὅρον κατὰ σύλληψιν. Vid. pag. 16. v. 23.) veram assuta esse ex notula novi alicujus Magistri, qui et rhetoricas suas quisquillas huic loco allevit. Absunt a Vindob. Juxta etiam habeo et id quoque notare, et exitum hujus argumenti in nonnullis Edit. conglutinari cum Scholiorum initio; et in nonnullis, puta in Parisina, adhærescere etiam quædam, quæ Wolfius nulla cum lectoris injuria plane omisit. Pro v. antepen. λέγεται δὲ οὕτως, maluit præstantissimi

Non ab re quoque fuerit, si de *Dione* hic verba quædam faciam. Hoc nomen interpretes quidam reddiderunt *Junonem*. Servius contra, ad Virg. *Æn.* III. 466. *Venerem Jovis Dodonæi σύνναον θεῶν* fuisse docet. Hinc Iac. Gronovius (ad Stephani Dodonen, altera Editione Thesauri Antiq. Gr. inserta) *Venerem Libitinam* non bene, credo, comparans *Proserpinam* vult esse *Dionen*. Tandem, si Mythologos ipsumque Homerum

consulas, invenies Dionæ diversæ ab illis omnibus deæ nomen fuisse, quæ inter *Titanides* recensebatur, Veneremque ex Jove peperisse perhibebatur. Ego hæc omnia (præter Gronovii opinionem) vera quadamtenus esse ostendam, et inter se conciliare studebo. Ἔσται ἔτι περὶ αὐτῶν βραχυὸς ὁ λόγος, καὶ ἄνωθεν ἄρχεσθαι δοκῶ, ut cum nostro loquar.

Etsi peculiaries unicuique genti fuerint mythi, in eo tamen omnes fere consensisse videntur, ut, si plures deos agnoscerent, summum quendam deum ceterorum regem statuerent eique uxorem assignarent. Huic Deæ nisi aliunde nomen adhæsisset, ex ipso mariti nomine illud deflectere solebant. Sic ex *Jove* formabant *Junonem*, sic Ζῆν deflexum est in Ζάνω, et sic non dubito quin Pelasgi antiqui (a quibus oriundi Epirotæ et Dodonæi) uxorem τοῦ Διὸς dixerint Διώνην, quæ nomina omnia nihil differunt a Θεὸς et Θέανα. Uxor igitur Jovis, et eadem, quæ ceteris gentibus *Juno*, Epirotis fuit Dione; et sic melius declarantur numi Epirotarum, qui omnes, non Dodonæorum solum, Jovis et Diones effigiem junctim exhibent (v. Gronov. l. c.), quam si minorem aliquam deam, quæ casu in Dodonæi templi consortium venerit, Dionen credas.

Dudum observatum est a viris doctis, mythologiam Græcorum congeriem esse diversissimarum, de iisdem sæpe rebus, fictionum et mythorum. Scilicet is erat mos antiquarum gentium et præcipue Græcorum, ut nullam neque majorum suorum, neque singularum suæ gentis tribuum, neque adeo exterarum nationum, religionem, nullam superstitionem, nullum poetæ cujusvis antiquioris commentum pro fictitio prorsus haberent, sed unumquodque potius suis mythis immiscerent: ea tamen lege, ut, quos quidem deos suis quodammodo similes viderent, pro iisdem, etsi diverso nomine, haberent; si vero suis commentis ea, quæ ab aliis tradita essent, plane repugnare intelligerent, diversos sæpe deos, qui revera iidem erant, crederent. Posterius igitur hoc tum quoque iis accidit, cum sive reges deorum traditos invenirent, qui cum Jove, sive uxores Jovis, quæ cum Junone misceri non posse viderentur. Sed nova tum existebat difficultas; plures enim reges reginasve admittere volebant. Hanc ita removisse mihi videntur antiquissimi poetæ, ut deos illos regnasse quidem, sed a Jove suo victos, cæloque pulsos,—deas cum Jove consuesse quidem, at legitimas uxores non fuisse, docerent. Et hæc ni fallor vera est origo fabulæ de *Titanibus* cælo turbatis, et de *Jovis concubinis* iis, quæ inter *Titanides*, Cæli filias, et inter Titanum filias referebantur, ut *Metis*, ut *Themis*, ut *Latona*, ut *Dione*, quas omnes diversi mythi Jovi uxores dabant.

Etenim in eo a se invicem recedebant gentes et mythorum inventores primi, ut summi deorum uxori munia alii alia tribuerent. Sic Ἥρη erat symbolum aeris, *Latona* noctis, prudentiæ *Metis*, justitiæ *Themis*. Quæ omnia uxorem Jovis valde decent, prout hunc ipsum, sive symbolum Cæli, sive parentem lucis, sive summum hominum deumque moderatorem tibi fingis. Neque igitur *patrem generatoremque* omnium quæ sunt dedecebat uxor, symbolum *amoris et connubii*, quamque ideo cum Venere sua miscerent gentes aliæ. Hujus sane Pelasgiæ Diones sive Junonis vestigia agnosco in ipsa Italicorum (cum Pelasgis stirpe conjunctorum) et Romanorum Junone, nuptiarum præside; etsi hi seriorum ceteroqui Græcorum notiones adoptarint, Junonemque aerem inferiorem prædica-

rint. Neque mirum videri potest, si Diones filia ipsa quoque dea amoris est habita. Sic Metidos filia erat Minerva; sic ipsa Græcorum, Iellenum puta, Ἀφροδίτη Ἐρωτα peperit. Et videntur antiqui Pelasgi, amorem, sicut nostrates, feminino vocabulo usurpasse, adeoque deam, non deum, habuisse.

BUTTMANN.

Antequam omittamus oraculi hujus tractationem, liceat mihi unam etiam ejus voculam excutere, in qua adhuc hæreo. Est ea in initio: ὅτι τὰς ὥρας “παρηρέγκατε” τῆς θυσίας κ. τ. λ. Hoc loco et Reiskius, in Indice, et interpretes παρηρέγκατε vertunt *pratermisistis* (eo enim credit H. Wolfii: “sacra non in tempore esse facta” et Augeri “les sacrifices—n’ont pas été faits à tems.”) nihil morati insolentiam sensus huic vocabulo tributi. Quando enim unquam παραφέρειν significavit *pratermittere*? Stephanus in Thesouro ad hanc vocem loci nostri non meminit, cum frequens ceterum sit apud eum Midianæ mentio. Attamen ille cum Budæo sensum agnoscit vocabuli, huic, quem locus poseit noster, affinem. “Ponitur” inquit “pro *praterco* ex Xenoph. de lepore currente” (est autem de Venatione p. 982. A.) “καὶ ἡ ποδωκία πρὸς τὸ ἀμβλυωπεῖν αὐτῷ πολὺ συμβάλλεται. ταχὺ γὰρ ἐκάστου” παραφέρει “τὴν ὄψιν πρὶν νοῆσαι τί ἐστι. Id est, inquit” (Budæus) “*Prætergreditur, Præterlabitur.*” Quo autem jure in hoc loco, quem solum hujus sensus testem citant, sibi agnoscere videantur Budæus et Stephanus hanc vocabuli vim, equidem me ignorare fateor. Leonclavius quidem cum iis non facit, ita reddens locum ταχὺ—ἐστὶ: “Nam celeriter ab objecto quovis oculos prius *avertit*, quam quid sit, animadvertat.” Tantum certe intelligere mihi videor: Budæus, cumque eo Stephanus, fortasse ὄψιν passive accipiebat, indeque pendere putabat genitivum ἐκάστου. Ipsum accusativum ὄψιν ita τῷ παραφέρει jungebat, ut intelligeret formam loquendi hoc modo: *prætergreditur* adspectum cuiuscujusque rei. Id quam recte fecerit, nescio. Leonclavium potius sequar, qui ὄψιν ipsos leporis oculos intellexit et genitivum regi putavit, nisi fallor (neque enim quicquam pro certo defenderim), a particula παρὰ in παραφέρει, nisi forte intellexit suppressam præpositionem ἀπό. Ejus itaque rationem si teneas, nihil aliud præter usitatissimam τοῦ παραφέρειν vim agnoscere cogaris; id quod, cum solus et plane sui generis alias foret hic locus, utique præstare opinor. Zeonium, qui diligentius hæc Xenophontei ingenii tenuiores reliquias, pretiosas illas, tractaverit, nihil observare in hoc loco, miror. Est tamen nostri παραφέρειν sensus aliquis apud Thucydidem, qui magnopere recedere videtur ab etymo, et huc referri posse quodammodo. Legitur participium verbi hujus aor. 2. παρενεγκούσας lib. 5. c. 26. (Vol. Bip. 3. p. 245.) junctum voci ἡμέρας eo sensu, ut verti debeat: *dies elapsos*. Vides significationem intransitivam tribui verbo; *elapsi dies* tamen, etiam *præterlapsi* commode vertantur, atque ita accusativum fortasse sibi jungat vocabulum ut dicatur homo παρενεγκεῖν tempus alicujus rei faciendæ. Hoc modo locus nostri oraculi bene haberet, et est fortasse apertior res, quam quæ tam operosa tractatione indiguerit. Equidem, fateor, a diuturno usu monumentorum Græcorum et lectione illa pene improba nimis adhuc destitutus, nodum hic inveniebam et de mutatione cogitabam. παρήκατε si legeretur, notissima foret loquendi forma. Obstat tamen nostræ conjecturæ et vocis in

textu expressæ difficultas ejusmodi, quæ non omnem respuat explicationem, et consensus Codd. Dicat quoque aliquis, ab ipso scholio firmari lectionem vulgatam; repetito enim vocabulo *παρηνέγκατε* additur *παρήλξετε*, interpretandi causa. Quid tamen si illa est ipsius, quod propono, *παρήκατε*, explicatio; quod scholiastes perperam repetierit a *παρήκω*? cujusmodi errorem notat Stephanus ad vocem *παρήκω*. Vol. I. p. 1691. D.

## DE ORACULO DODONÆO POSTERIORE.

p. 46.

Hujus oraculi initium tantum excutiam, quod sic vulgo editur:

'Ο τοῦ Διὸς σήμαιν' ἐν Δωδώνῃ' Διονύσφ δημοτελεῖ ἱερεῖον τέλειον, καὶ κρατῆρα κεράσαι &c.

Hic duo sunt quibus offendaris: forma imperfecti poetica *σήμαιν'* pro *ἐσήμαινεν*, vel potius pro præsentī *σημαίνει*; deinde absentia verbi, undependat *ἱερεῖον*. Equidem in illo non laboro, et, dum meliora aliquis edoceat, *σημαίνει ἐν Δ.* cum nonnullis codd. scribendum judico. Ad sequentia nihil dant Codd. præter varietatem *δημοτελεῖν* (pro *δημοτελεῖ*) quorem absolvi et sic utique scribendum esse judicat Reiskius in indice, neque aliter locum excitat Stephanus in Thes. v. *δημοτελεῖν*. Ego quo minus illis assentiam, obstat primum ipsa vox *δημοτελεῖν*, quam nusquam præterea occurrere pro certo fere tradere ausim; ex uno enim hoc nostro loco in Stephani Thesaurum et hinc in cetera omnia migravit lexica. Neque simile veri ejusmodi vocem, quam rarissimam saltem esse quilibet concedet, ab antiquis illis Lexicographis, Hesychio, Suida, Etymologo, qui tamen notiores vocem *δημοτελής* omnes exhibent, plane prætermisam esse. Deinde quid quæso esset *δημοτελεῖν ἱερεῖον*? an publico sumtu sacrificium facere? at *ἱερεῖον* est *victima*, non *sacrificium*. Scribere igitur oportuit *δημοτελεῖν ἱερά τέλεια*; nam *ἱερά τέλεια* notissima sunt, *ἱερεῖον τέλειον*, apud antiquos certe, non item. An sic igitur vertendum: *publico sumtu victimam parare*? at putidum hoc.—Ne diutius morer lectorem, quid sentiam, promam. Scilicet *τέλειον* corruptum credo ex *τελεῖν*, et *δημοτελεῖ* solenni lapsu ex *δημοτελεῖ*; quibus aptanda vox *ἱερεῖον*, legendo *ἱερά* *δημοτελεῖ* ἱερά *τελεῖν* est: *publico sumtu, nomine universæ civitatis, sacra facere*. Facile vides, simulac perperam scriptum esset *τέλειον*, *ἱερά* mutatum esse in *ἱερόν* et, quoniam *ἱερόν* (fanum) *τέλειον* sensum commodum non dabat, in *ἱερεῖον*. *Δημοτελεῖ ἱερά* eo, quem modo proposui, sensu dicta esse nemo credo dubitabit, etsi ex antiquioribus auctoribus loca nulla afferre possum. Nam quæ profert Stephanus in Thes. ex Demosthene et Lysia, ea locis ipsis inspectis ad *fana publica* pertinere reperi. Xenophontis locum, quem ibidem indigitat, invenire non potui. Lexicographi tamen antiqui, qui ex probis scriptoribus sua haurire consueverant, pro me faciunt. *δημοτελεῖς ἑορτὰς* habet Pollux IX. 10. it. I. 34.—Hesych. *δημοτελεῖ ἱερά*, εἰς ἃ θέματα δίδωσιν ἢ πόλις. *δημοτικά* δὲ εἰς ἃ οἱ δῆμοι (demi). Hoc de fanis non nisi coacte admodum intelligas: v. Ruhnk. in Append. Hesych. ad h. v. Eadem fere habet Harpocration h. v. qui, sicuti constat, ex antiquis oratoribus omnia sumpsit.

BUTTMANN.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

Ο ΚΑΤΑ

ΑΝΔΡΟΤΙΩΝΟΣ

ΛΟΓΟΣ.





# I. TAYLORI

## PRÆFATIO

AD

# ORATIONEM DEMOSTHENIS

## CONTRA ANDROTIONEM.

SEQUITUR Oratio imprimis diserta et elegans, et, si antiquis magistris credere fas sit, non sine æmulatione et ingenii quadam contentione elaborata. Androtio enim, ὁ φεύγων, ex Isocratis schola et disciplina profectus, summa erat inter Isocrateos celebritate, et maximam ætatis partem in foro et dicendi usu transegerat, ut narrat Ulpianus ad hujus orationis §. β'. Cui conjungere libet hæc verba Scholiastæ Hermogenis, pag. 401. Ἴσοκράτους μαθητὴν εἶναι λέγουσιν Ἀνδροτίωνα, καὶ ἦν, ὡς φησιν ὁ ῥήτωρ, τεχνίτης τοῦ λέγειν. ἐπετήδευσεν οὖν ὁ Δημοσθένης κεκαλλωπισμένον ἐργάσασθαι τὸν κατ' Ἀνδροτίωνος, ἀντιφιλοτιμούμενος πρὸς Ἴσοκράτην ῥήτορα παρίσους ἐπιχρώμενον κατὰ ζῆλον τοῦ διδασκάλου. Neque a suo expositore dissentit Hermogenes ipse cap. περὶ Ἐπιμελείας, qui etiam θεωρίαν suam, sive commentariolum ad hanc orationem, jam autem deperditum, in isto loco commemorat. Locum vide: Πλεονάζουσι [παρισώσις] παρὰ τῷ Ἴσοκράτει, εἰσὶ δὲ καὶ παρὰ τῷ ῥήτορι — οἷόν ἐστι καὶ τὸ, τῇ τε πόλει βουθεῖν οἶεται δεῖν, καὶ δίκην ὑπὲρ αὐτοῦ λαβεῖν, τοῦτο κἀγὼ πειράσσομαι ποιεῖν. τοιαύτην γὰρ παρίσωσιν, καὶ οὕτως ἐπιτετηδευμένην οὐδεμίαν εὐρεῖν ἑτέραν ἔχομεν παρὰ γε τῷ ῥήτορι. ἀλλὰ τὴν μὲν αἰτίαν, δι' ἣν ἐνταῦθα ἐπετήδευσεν οὕτω κεκοσμημένον προσκόρως τὸν λόγον εὐδὺς ἐν προκαταρκτικοῖς παρασχέσθαι, θεωροῦντες τὸν λόγον αὐτὸν τὸν κατ' Ἀνδροτίωνος εἰρήκαμεν.

Illud singulare habet Androtiana, quod in toto corpore Demosthenico nulla sit alia præterea oratio, in qua Rhetor noster tantum sibi indulsit in opera mutuaticia, nulla, in qua seipsum adeo sodule exseripserit. Quod legitur in Androtiana §. ιέ. hujus editionis, usque ad §. ις'. med. et deinde quæ §. ιθ'. ad orationem exeuntem, versibus omnino 136. ea omnia paucissimis immutatis leguntur etiam in Timocratea. Neque id fortasse mirum, cum in illa et idem Androtio pene φεύγειν videtur, eundemque idem, ut in hac, persequitur Diodorus. Quod vero de ea similitudine admonet Ulpianus, puerile est, sive potius piacularè, ubi ait, *nunc* [id est in Timocra-

tea] *id dicere Oratorem de Androtione, quod in Androtiana dixerat de Timocrate.* Quod nullo modo verum est πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Iterum, laudatissimum istud enthymena §. γ'. Σὺ δὲ μὴ λέγε, ὡς γέγονε τοῦτο πολλάκις, ἀλλ' ὡς οὕτω προσήκει γίγνεσθαι. οὐ γὰρ εἶ τι πρόποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη, σὺ δὲ τοῦτ' ἐμιμήσω, διὰ τοῦτ' ἀποφύγοις ἂν δίκαιως, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον ἀλίσκοιο. ὥσπερ γὰρ εἶ τις ἐκείνων προήλω, σὺ τὰδ' οὐκ ἂν ἔγραψες, οὕτως ἂν σὺ νῦν δίκην δῶς, ἄλλος οὐ γράψει, hæc, inquam, fere omnia minima cum discrepantia repetuntur proxime in Aristocratea. Quæ verba, ut id etiam moneam, laudat Gellius, X. 19. interpretatur autem Quintilianus, V. 14. *Optimum autem videtur Enthymematis genus, cum proposito dissimili vel contrario ratio subjungitur: quale est Demosthenis: NON ENIM SI QUID UNQUAM CONTRA LEGES FACTUM EST, IDQUE TU ES IMITATUS, IDCIRCO TE CONVENIT PÆNA LIBERARI: QUIN E CONTRARIO DAMNARI MULTO MAGIS. NAM UT, SI QUIS EORUM DAMNATUS ESSET, TU HÆC NON SCRIPSISSES: ITA DAMNATUS TU SI FUERIS, NON SCRIBET ALIUS.* Postremo, oratione hæc exeunte, quædam sunt, quæ minima aut sententiæ, aut verborum differentia olim in Leptinea dicebantur.

Ejusdem fere ætatis et esse videntur et ab antiquis perhibentur, (sc. Olymp. CVI. anno autem Demosthenis circa XXVII. aut XXVIII.) Androtiana, Leptinea, Aristocratea et Timocratea, omnium autem prima Androtiana, quam legis. Scriptum enim reperimus a Gellio XV. 28. *Illud adeo ab utriusque oratoris studiosis animadversum et scriptum est, quod Demosthenes et Cicero parætatate illustrissimas orationes in causis dixerint, alter KATA ANDROTIΩΝΟΣ ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΤΙΜΟΚΡΑΤΟΥΣ, septem et viginti annos natus, alter anno minor pro P. Quintio, septimoque et vice-simo pro Sex. Roscio.* Cum eo consentit Plutarchus: τῶν δὲ δημοσίων ὁ μὲν κατ' Ἀνδροτιῶνος, καὶ Τιμοκράτους, καὶ Ἀριστοκράτους ἐτέροις ἐγράφησαν, οὐπω τῇ πολιτείᾳ προσεληλυθότος. δοκεῖ γὰρ δυοῖν ἢ τριῶν δέοντα ἔτη τριάκοντα γεγονῶς ἐξενεγκεῖν τοὺς λόγους ἐκείνους. Et similiter Halicarnassensis: δημοσίους λόγους ἤρξατο γράφειν ἐπὶ Καλλιστράτου ἀρχόντος, εἰκοστὸν καὶ πέμπτον ἔχων ἔτος (turbantur numeralia, scribere enim debuisset ἔβδομον) καὶ ἔστιν αὐτοῦ πρῶτος τῶν ἐν δικαστηρίῳ κατασκευασθέντων ἀγώνων ὁ κατὰ Ἀνδροτιῶνος, ὃν γέγραφε Διοδώρῳ τῷ κρίνοντι τὸ ψήφισμα παρανόμων. Ad Ammæum. Quæ omnia ubi perlegeris, atque inter se contuleris, (scripta sunt enim non minori veritate, quam consonantia et ἀκριβείᾳ) miraberis profecto, quid sibi velint ista portenta Ulpiani in initio scholiorum, οὗτος ὁ λόγος, de Androtiana loquitur, μετὰ τοὺς Φιλιππικοὺς πρῶτός ἐστι τῶν δημοσίων, (aut si mavis cum Codd. Regiis, δεύτερος) cum hæc causa Philippicas omnes orationes easque res gestas

nonnullis annis antecedit. Id quod nemini dubium esse potest, qui acta istorum temporum attentius explorabit.

Porro quicumque orationem istam cum aliquo acumine versaverit, deprehendet sane multis in locis turbatam esse sententiam, raptim quædam et contorte inferri, adeo ut mihi inoleverit quidem suspicio multa hic deesse, nulla deinceps fortuna restituenda. Hæc in animo mecum volvebam, et mihi sese obtulerant Ammonius et Harpocratio, quorum uterque, ille in v. Πότος, hic autem in v. Ἀπὸ τοῦ πράγματος et Μελαωπός, quædam hinc citant, quæ hodie in Androtiana minime possint reperiri.

# ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΑΝΔΡΟΤΙ- ΩΝΟΣ ΠΑΡΑΝΟΜΩΝ ΛΟΓΟΥ.

Pag.  
ed.  
Reisk.

537

ΔΥΟ ἦσαν ἐν Ἀθήναις βουλαί· ἡ μὲν διπλεκῆς, ἡ ἐν Ἀρείῳ πάργῳ, περὶ τε φόνων ἐκουσίων, καὶ τραυμάτων, καὶ τοιούτων τινῶν δικάζουσα, ἕτέρα δὲ ἡ τὰ πολιτικὰ πράττουσα· αὕτη δὲ κατ' ἐνιαυτὸν ἡμείβετο, ἐκ πεντακοσίων ἀνδρῶν τῶν τὴν βουλευτικὴν ἡλικίαν ἀγόντων συνισταμένη. νόμος δὲ ἦν ἐπιτάττων τῇ βουλῇ ταύτῃ ποιεῖσθαι τρεῖς καινάς· εἴαν δὲ μὴ ποιήσῃται, καλῶν αὐτὴν αἰτεῖν παρὰ τοῦ δήμου δωρεάν. νῦν τοίνυν ἡ μὲν βουλὴ τὰς τρεῖς οὐκ ἐποιήσατο, Ἀνδροτίων δὲ γέγραφεν ἐν τῷ δήμῳ ψήφισμα, στεφανῶσαι τὴν βουλήν. ἐπὶ τούτῳ παρανόμων κρίνεται. κατηγορούντων γὰρ ἑαυτῶν δύο ἔχθρῶν, Εὐκλήμωνος καὶ Διοδώρου, πρῶτος μὲν ὁ Εὐκλήμων, δεύτερος δὲ ὁ Διδώρος ἐπαγωνίζεται τούτῳ τῷ λόγῳ. φασὶ δὲ οἱ κτήγοροι, πρῶτον μὲν ἀπροβούλευτον εἶναι τὸ ψήφισμα. νόμου γὰρ κελύοντος μὴ πρῶτον εἰς τὸν δῆμον ψήφισμα ἐκφέρειν, σπρὶν ἐν τῇ βουλῇ δοκιμασθεῖν, τὸν Ἀνδροτίωνα παρὰ τοῦτον τὸν νόμον ἀπροβούλευτον εἰσενεγκεῖν τὴν γνώμην. δεύτερον δὲ ὑπεναγόντων ἐκείνῳ τῷ νόμῳ, τῷ κελύοντι, μὴ σπαισαμένην τὴν βουλήν τὰς τρεῖς, μὴ αἰτεῖν δωρεάν. εἰ γὰρ αἰτεῖν οὐκ ἔξεστι, δῆλον ὡς οὐδὲ τὸ δοῦναι συγκεχεράσθαι. τούτους μὲν δὲ οὐκ ἐπὶ τῷ πράγματι τοὺς νόμους ἵπαρέχονται· παρέχονται δὲ καὶ κατὰ ἑαυτῶν δύο, τὸν τῆς ἐταιρήσεως, καὶ τὸν τῶν ὀφειλόντων τῷ δήμῳ. καὶ φασὶ, τὸν Ἀνδροτίωνα κατὰ ἀμφοτέρους ἀτιμὸν εἶναι. καὶ γὰρ πεπονεῦσθαι, καὶ χρεὸς πιατρῶν ὀφείλειν τῇ σίλει.

538

<sup>1</sup> αὐτοῦ

<sup>2</sup> Deest cōn.

<sup>3</sup> Deest παρέχονται.  
<sup>5</sup> δημοσίῳ.

<sup>4</sup> Deest articulus.

Τραυμάτων] Editiones omnes τραυμάτων, sed, ut Wolfius ait, haud dubie τραυμάτων legendum, etiam contra fidem et consensum Codicum. Δικάζειν τὴν βουλήν τὴν ἐν Ἀρείῳ πάργῳ φόνου, καὶ τραύματος ἐκ περνοίας, etc. Demosth. c. Aristocr. p. 627. 21. ed. Reisk. Similiter etiam adv. Boeotum β. p. 1018. 9. Καὶ ἐξ ἀντιλογίας καὶ λαιδρίας πλῆγας συναφάμενος, ἐπιτεμῶν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, τραύματος ὡς Ἀρείον πάργον με προδικάζισατο. Idem mendum etiam invaserat exemplaria Jul. Pollucis, donec a viris doctis eliminaretur l. 8. c. 10. init. Δικαστήρια Ἀθήνησιν Ἀρείος πάργος. Ἐδικάζει δὲ φόνου, καὶ τραύματος ἐκ περνοίας. Interpretes noster Italicus: *il quale gli homicidii voluntarii, e ferite, et simil cose giudicava.* TAYLOR.

Τὴν βουλευτικὴν ἡλικίαν] Sed quoto anno aetas ea definiebatur? Demosthenes superiore oratione se scribit ante XXXII. aetatis annum βουλεύειν λαχεῖν. In Heliastico jurejurando, quod in Timocratea citatur, etiam hoc continetur: καὶ εἰμὶ οὐκ ἐλαττιν λ. ἐτῶν γεροντός. p. 747. 9. ed. Reisk. Qui trigesimus annus etiam sacerdotalis apud Levitas fuit. WOLF.

Καλῶν] Item bona fide Wolfius contra omnium Codd. auctoritatem, loco τοῦ καλῶν. Praecedat, inquit ille, ἐπιτάττων ποιεῖν. Ergo etiam καλῶν αἰτεῖν, sc. νόμος ἦν. TAYLOR.

Παρανόμων] Violatarum legum reus. Quanto melius Italus homo? Per la qual cosa d' avere egli contro le leggi scritto e accusato. Admonui pariter ad orationem superiorem, τὸ παρανόμων male a nostris interpretibus ubique fere accipi, et mihi modum admonendi ibidem statueram. Illi autem in peccando modum sibi statuere non posse videntur. IDEM.

Αὐτῷ] Aldina auctoritate abreptus Editor noster ita dedit. Tu cum caeteris Editt. restitue αὐτοῦ. IDEM.

Τοὺς νόμους παρέχονται] Aberat ab editis παρέχονται. Quod verbum proximam periodum cum inchoet, fortassis etiam hanc clausit. Verbis utor Wolfianis. Cum Wolfio restituit Bodl. IDEM.

Δήμῳ] Vel potius, cum Editt. Felic. et Manut. MStis item Regg. a. et β. δημοσίῳ. Ἄλλ' ἔτι καὶ νῦν ὁ Πάμφιλος ὀφείλων τῷ δημοσίῳ ἐγγέγραπται. Demosth. adv. Boeotum β. p. 1015. ed. Reisk. Ἐὰν δ' ἀλλῶ, ἔνοχος ἔστω τῷ νόμῳ, ὅς κεῖται, εἴαν τις ὀφείλων ἀρχῇ τῷ δημοσίῳ. Id. adv. Leptin. p. 504. 25. ed. R. Πύρρον ἐνδειχθέντα δικάζειν, ὀφείλοντα τῷ δημοσίῳ, θανάτῳ ζημιῶσαι. c. Midiam §. ν'. Ὡν οἱ μὴ τυχόντες ἀτιμότεροι γίνονται πρὸς τῷ μὴ δοκεῖν ἀξιοῖ τινος εἶναι, τῶν ὀφειλόντων τῷ δημοσίῳ. Isocrat. Panathen. non longe ab initio. Atque ita semper Noster in Timocratea, contra Aristogitonem, Theocrinem, et in locis pene infinitis. IDEM.

## ΕΤΕΡΑ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

ΔΙΑΦΟΡΟΙ παρ' Ἀθηναίους ὑπῆρχον ἀρχαί· ὧν αἱ μὲν, κληρωταί, αἱ δὲ, χειροτονηταί, αἱ δὲ αἰρεταί, καὶ κληρωταί μὲν, αἱ κατὰ κλήρον γινόμεναι, ὡς αἱ τῶν δικαστῶν χειροτονηταί δὲ, αἱ κατὰ χειροτονίαν τοῦ δήμου γινόμεναι, ὡς αἱ τῶν στρατηγῶν αἰρεταί δὲ, αἱ κατὰ αἵρεσιν, ὡς αἱ τῶν χρηρῶν. τούτων μία ἦν τῶν κληρωτῶν ἢ βουλῆ τῶν πεντακοσίων. τῶν πεντακοσίων δὲ εἰσποικίη, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ. εἰσι δὲ τούτων διαφοραὶ τρεῖς· καὶ πρώτη ἐστὶ, τὸ τὴν τῶν πεντακοσίων τὰ δημόσια πράγματα διοικεῖν, τὴν δὲ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ τὰ φοινικὰ μόνον. εἰ δὲ τις εἴποι, ὅτι καὶ αὕτη δημόσια διοικεῖ, λέγομεν, ὅτι ἡνίκα μεγίστη ἀνάγκη ἐρίνητο, τότε περὶ δημοσίων συνήγεται. δευτέρα διαφορὰ, ὅτι ἡ μὲν τῶν πεντακοσίων ἀριθμῷ ὑποπίπτει ὀρισμένων· ἡ δὲ, ἀρίστων. ὡς γὰρ τινες τῶν ῥητόρων λέγουσι, κατ' ἔτος οἱ ἐνέα ἀρχόντες αὐτῇ προσετίθεντο· ὡς δὲ τινες, ὅτι καὶ ἐξ μόνον θερμοθέται ἦσαν γὰρ ἐξ θερμοθέται, οἱ περὶ ἐταιρήσεως δικάζοντες, ἦσαν δὲ καὶ ἄλλοι τρεῖς· εἰς, ἐπάνυμος, ἐξ οὗ καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἐπάνυμος ἀνομάζεται· δευτέρως, ὁ βασιλεὺς, ὁ δὲ τῶν ὄφραγῶν καὶ ἀσεβειῶν διοικῶν· τρίτος, ὁ τῶν πολεμικῶν ἐπιμελούμενος. ἡ οἱ θερμοθέται ἐνιαυτὸν μόνον ἤρχον, πρὸ τῆς ἀρχῆς κρινόμενοι περὶ τοῦ προλαβόντος παντὸς βίου, καὶ εἰ μὲν εὐεθέσταν ἐν πᾶσι δίκαιοι, ἤρχον τὸν ἐνιαυτὸν· εἴτα πάλιν μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκρίνοντο, εἰ καλῶς ἐν αὐτῷ ἤρχαν, καὶ εἰ δίκαιως ὤφθησαν ἤρχαντες, προσετίθεντο τῇ βουλῇ τῶν Ἀρειοπαγαιτῶν καὶ διὰ τοῦτο οὐχ ὑπέπιπτον ἀριθμῷ· εἰ δὲ μὴ, ἐξεβάλλοντο. τρίτη διαφορὰ, ὅτι ἡ μὲν τῶν πεντακοσίων, κατ' ἐνιαυτὸν διετέχοντο, ἡ δὲ τῶν Ἀρειοπαγαιτῶν, ἦν ἀδιάρχοι. εἰ μὴ γὰρ τις ἡμαρτε μεγάλας, οὐκ ἐξεβάλλετο. ἔπειθ' ἡ δὲ οὐ πρόκειται ἡμῖν περὶ τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλῆς, ἀλλὰ περὶ τῶν πεντακοσίων· εἰπεῖν, ἀναγκαῖον μαθεῖν ἡμᾶς πῶς ἤρχον. ἴστέον ὅτι οὐκ ἐφήφιζον οἱ Ἀθηναῖοι τοὺς μῆνας κατὰ τὸν ἡλιακὸν δρόμον, ὡς ἡμεῖς, ἀλλὰ κατὰ τὸν σεληνιακόν. κατὰ γὰρ τὸν ἡλιακόν, ἔχει ὁ ἐνιαυτὸς ἡμέρας τριακοσίας ἐξήκοντα πέντε. ὡστε συμβαίνει ἔχειν τὸν μῆνα ἡμέρας τριάκοντα καὶ τρίτον. δεκάκις γὰρ τριάκοντα,

<sup>1</sup> οἱ δὲ θερμοθέται

<sup>2</sup> ἀρειοπαγιτῶν

<sup>3</sup> Deest εἰπεῖν.

ΕΤΕΡΑ ΥΠΟΘΕΣΙΣ] Argumentum hoc perillustre de Senatu Divinali dum laudant, exponunt aliquando et elucidant, viri summi. Sunt autem Petitus in Comment. ad LL. Attic. Lib. III. Tit. I. Scaliger de Emendat. Tempor. II. init. Lalamantis de Anni Attici ratione, Sigonius de Rep. Athen. II. 3. Huic etiam causæ impendit Maussac. cap. 10. libri tertii Lectionum Criticarum, nunquam, quod sciam, in lucem productarum. Vide eum ad pag. 258. Harpocratonis. Porro autem, Vir doctissimus, Petrus Nannius Alcmarianus, in Miscellan. V. 7. hoc argumentum adducit emendatius, ut profiteretur, juxta exemplar Demosthenis ad Budæi censuram castigatum. TAYLOR.

Ἡ βουλὴ τῶν πεντακοσίων] Ἡ βουλὴ ἡ τῶν πεντακοσίων, repetito articulo. WOLF. Καὶ ἐξ μόνου] Legendum arbitrator οἱ ἐξ μόνου. JURIN.

Ἐξ οὗ καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἐπάνυμος ἀνομάζεται] Forte ὁ ἐνιαυτὸς ἐπάνυμος ἄζετο. Nam ὁ ἀρχων, ἐπάνυμος dicebatur, et annus ejus nomine inscribebatur, ut ἀρχόντος Ἀθηνησιν Χαιραγίδου, vel ἐπ' ἀρχόντος Ἡρόπιδου, ἀρχων Δημοφίλου Φλυεῖς. Etsi fortasse nihil vetat dicere, ὁ ἐνιαυτὸς ἐπάνυμός ἐστι Χαιραγίδου. Quod ego tamen me legisse non recordor. WOLF.

Ὁ τῶν πολεμικῶν ἐπιμελούμενος] Et quidem inde nomen Πολεμάρχου factum est; et in oratione περὶ Στεφάνου additur πολυ-

μάρχου γνώμη, et βουλῆς καὶ στρατηγῶν γνώμη, cum bellum decernitur. Sed et τῶν μετόικων ἐπεμελεῖτο καὶ ξένων, ut apud Oratores passim videre est. Consule Suidam in v. Πολέμαρχος, qui cum et Græce jam olim, et nunc etiam Latine mea opera exsistat, non video, cur eum in his annotationibus transcribere debeam. Illud tamen admoneo, ibi legendum ἀποστασίου καὶ ἀπροστασίου. IDEM.

οἱ θερμοθέται] Paulo melius Edit. Paris. οἱ δὲ θερμοθέται. TAYLOR.

Καὶ διὰ τοῦτο οὐχ ὑπέπιπτον ἀριθμῷ] Nequit, puto, hoc esse verum. Nam certe numerari poterat Senatus Areopagiticus, etsi numero constanti et definito non continebatur. Itaque addendum videtur ὀρισμένον, ut supra v. 10. factum est. Malim etiam ἡ διὰ τοῦτο οὐχ ὑπέπιπτεν, nempe βουλῆ. JURIN.

Ἀλλὰ περὶ τῶν πεντακοσίων] Forte περὶ τῶν πεντακοσίων εἰπεῖν [deerat enim ea vox in Editis] et [v. 13.] ἴστέον τοίνυν. WOLF.

Τριακοσίας ἐξήκοντα πέντε] Astrologi addunt senas horas, quæ quartum quemque annum bissextilem efficiunt. IDEM.

Ἡμέρας τριάκοντα καὶ τρίτον] Subaudi μέρος ἡμέρας, τούτεστιν, ὥρας δυτά. Sed cum quinque dies contineant 120. earumque duodecima pars decem horas conficiat, dicit unum diem restare. WOLF. Si ista ad reliquam hujusce scriptoris

τριακόσια. δις τριάκοντα, ἐξήκοντα. λοιπὰ πέντε. τὸ τρίτον τῶν δώδεκα, τέσσαρα. λοιπὴ μία. <sup>1</sup> δώδεκα δὲ τῆς μιᾶς, δώδεκά ἐστι. κατὰ δὲ τὸν σεληνιακὸν δρόμον, ὁ ἑνιαυτὸς ἔχει τριακοσίας πενήκοντα τέσσαρας ὥστε συμβαίνει τὸν μῆνα ἔχειν ἡμέρας εἰκοσιεννέα ἡμισυ. δεκάκις γὰρ εἰκοσι, διακόσια. δις εἰκοσι, τεσσαράκοντα. δεκάκις ἐννέα, ἐννενηκόντα. δις ἐννέα, δεκαοκτώ. καὶ τὸ ἡμισυ τῶν δώδεκα, ἕξ. ὥστε ὁμοῦ εἶναι ἡμέρας τριακοσίας πενήκοντα τέσσαρας ὑπολείπεσθαι δὲ κατὰ τὸν ἡλιακὸν δρόμον, ἡμέρας ἑνδεκα. ὡς Ἀθηναῖοι κατὰ τριετηίαν συνάγοντες, ἐπίπουν τὴν ἐμβόλιμον μῆνα, τριάκοντα τριῶν ἡμερῶν. ἔχει γοῦν 590 ὁ ἑνιαυτὸς κατὰ τὸν σεληνιακὸν δρόμον, τριακοσίας πενήκοντα τέσσαρας ἡμέρας. καὶ τὰς μὲν δύο ἡμέρας ἐκάλουν οἱ Ἀθηναῖοι ἀρχαιεσίας, ἐν αἷς ἀναρχος ἢ Ἀττικὴ ἦν. ἐν ταύταις προσβάλλοντο τοὺς ἀρχοντας. ἤρχον οὖν οἱ πεντακόσιοι τὰς τριακοσίας πενήκοντα ἡμέρας. ἀλλ' ἐπειδὴ πολλοὶ ἦσαν, καὶ δυσχερῶς ἦνους τὰ πράγματα, διεῖλον ἑαυτοὺς εἰς δέκα μερίδας, κατὰ τὰς φυλάς, ἀνὰ πενήκοντα· τούτους γὰρ ἐκάστη φυλὴ προσβάλλετο ὥστε συνέβαινε τοὺς πενήκοντα ἀρχων τῶν ἄλλων, ἀνὰ τριάκοντα <sup>2</sup> πέντε ἡμέρας. αὐταὶ γὰρ αἱ τριάκοντα πέντε ἡμέραι εἰσὶ τὸ <sup>3</sup> δέκατον μέρος τοῦ ἑνιαυτοῦ. δεκάκις γὰρ τριάκοντα, τριακίσια. πεντάκις δέκα, πενήκοντα. ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν οἱ πενήκοντα πολλοὶ ἦσαν εἰς τὸ ἀρχεῖν ἅμα, οἱ δέκα κατὰ κλῆρον μιᾶς ἡμέρας τῶν <sup>4</sup> ἑπτὰ. ὁμοίως δὲ ἕκαστος τῶν ἄλλων ἀπὸ κλήρου ἤρχε τὴν ἑαυτοῦ ἡμέραν, ἀρχις οὗ πληρωθῶσιν αἱ ἑπτὰ ἡμέραι. καὶ συνέβαινε τοῖς ἀρχουσι τρεῖς μὴ ἀρχων. ἕκαστος δὲ ἀρχων ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐκαλεῖτο ἐπιστάτης. διὰ τί δὲ μίαν μόνην ἤρχον; ἐπειδὴ αὐτὸς τὰς κλειεῖ τῆς ἀκροπόλεως ἐπιστεύετο, καὶ πάντα τὰ χρήματα τῆς πόλεως. ἢ οὖν μὴ ἐρασθῆ τυρανίδος, διὰ

<sup>1</sup> δωδέκατον<sup>2</sup> Deest πέντε.<sup>3</sup> δωδέκατον<sup>4</sup> ἑπτὰ ὁμοίως

ἀκρίβειαν velis exigere, legendum τριάκοντα καὶ τρίτον, καὶ δωδέκατον. JURIN. Addit Nannius καὶ δωδέκατον τῶν δώδεκα. TAYLOR.

Δώδεκα δὲ τῆς μιᾶς, δώδεκά ἐστι] Lego: δωδέκατον δὲ τῆς μιᾶς, δύο ἐστὶ. Nam horas certe dies naturalis, hoc est, nox et dies vulgaris, habet viginti quatuor, cujus duodecima pars sunt horæ duæ: quæ singulis mensibus attributæ conficiunt dies triginta, horas decem. Ego causam non video, cur quintum diem a quatuor separarit. WOLF. Editiones Felic. Man. et Paris. habent δωδέκατον, ut Wolfius conjecit, et Lambinus similiter cum eo legit δύο ἐστὶ. TAYLOR. Ad præcedentium similitudinem legendum puto δωδέκατον δὲ τῶν δώδεκα μία ἐστὶ. JURIN. Ita Nannius ex Budæo. TAYLOR.

Εἰκοσιεννέα ἡμισυ] Dies viginti novem, et duodecim horas. Nostri temporis Astrologi lunam peragrarè dicunt zodiacum diebus viginti octo, et horis aliquot. Id quod ex inspectione Ephemeridum patet: quæ quidem inter se non consentiant, ob diversam Alphonsi et Copernici rationem. WOLF.

Καὶ τὰς μὲν δύο ἡμέρας] Cum mox dicat, 500. viros imperasse dies 350. lege τὰς μὲν τέσσαρας ἡμέρας [sicuti etiam interpretatus est]. Error e notis numerorum videtur ortus, cum librarius β' pro δ' legit, ut supra [v. 2.] ιβ' pro β'. WOLF. Plane rescribendum καὶ τὰς μὲν τέσσαρας ἡμέρας. Tot enim reliquantur, erant ex anno lunari diebus 350. quibus erant Athenæ sub Magistratibus. JURIN. τέσσαρας etiam reponit Bodl. inivitis Editionibus. Eadem quoque mente est

magnus Scalig. in libro de Emendat. Tempor. Porro autem non iste est error, aut erroris ansa, quam autemavit Wolfius, sed cum scriberetur τὰς μὲν δ' ἡμέρας, alii δύο integra voce legebant, alii δ' sive simplex elementum, notam numeri quaternarii. TAYLOR.

Τὸ δωδέκατον] Recte Felicianus τὸ δέκατον, ut docet Arithmetica. WOLF.

Πεντάκις δέκα] Etsi in re nihil interest, malim tamen δεκάκις πέντε, sicut δεκάκις τριάκοντα, non τριακοντάκις δέκα. Sed fortassis de industria mutavit ordinem. IDEM.

Ἄλλ' ἐπειδὴ κ. τ. λ.] Videtur mutilus hic locus: nam quinquageni Senatores videntur distribuendi in quinque decurias: et quinquageni dies in septem hebdomadas. Novies enim septem sunt quadraginta novem. Sed querendum, si cui vacat, an et veteres mensem in hebdomadas diviserunt: et, an terni illi reliqui altera hebdomade præfuerint. Sed hæc otiosis indaganda relinquamus. WOLF.

Οἱ δέκα κατὰ κλῆρον μιᾶς ἡμέρας τῶν ἑπτὰ] Quid velit scriptor, ex sequentibus intelligo. Cæterum ex ipsis hisce verbis sensum nullum exculpo. Quidni igitur suppleamus: διεῖλον πάλιν ἑαυτοὺς εἰς ἄλλας πέντε μερίδας, ἀνὰ δέκα. καὶ οἱ δέκα ἤρχον ἑπτὰ ἡμέρας, καὶ εἰς αὐτῶν κατὰ κλῆρον ἤρχε μιᾶς ἡμέρας. JURIN. Wolfius alibi: ἤρχον οἱ δέκα etc. Pro μιᾶς ἡμέρας Bodl. μίαν ἡμέραν. TAYLOR.

Ἐκαλεῖτο ἐπιστάτης] Livius lib. 3. decad. 1. de Decemviris loquens: "Decimo die jus populo singuli reddebant: eo die penes præfectum juris, fasces 12. erant: collegis novem singuli accensi apparebant." WOLF

τούτο μίαν ἡμέραν ἐπόλουν αὐτὸν ἄρξαι. ἰστέον δ', ὅτι οἱ μὲν σπεντήκοιτα ἐκαλοῦντο πρυτάνεις, οἱ δὲ δέκα πρόεδροι, ὁ δὲ εἷς ἐπιστάτης.

591

Μετῆτόν δὲ ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν τοῦ προκειμένου λόγου. Ἔθος ἦν τὴν βουλὴν τῶν πεντακοσίων λαμβάνουσαν χεῖρήματα <sup>1</sup> παρὰ τοῦ δήμου καινὰς τρήρεις ποιεῖν. νόμος δὲ ἦν, τὴν βουλὴν τὴν δόξασαν τῶν δῆμων καλῶς βεβουλευμέναις στεφανοῦσθαι. αὕτη οὖν ἡ βουλὴ, περὶ ἧς ὁ λόγος, λαβοῦσα τὰ χρήματα ἐκ τοῦ <sup>2</sup> δημοσίου, τὰς τρήρεις οὐκ ἐποίησεν, ἔδωκε δ' εἰς τὰ ἄλλα πάντα καλῶς βεβουλευμέναις. ὁ γὰρ Ἴανδρότιον ὁ ῥήτωρ, προστάτης ἂν ταύτης τῆς βουλῆς, ἔγραψε ψήφισμα, στεφανοῦσθαι τὴν βουλὴν. τούτου <sup>3</sup> ἐπελάβοντο τοῦ ψήφισματος, ὡς παρανόμως γεγρανέντος, Εὐκτιμῶν καὶ Διόδωρος, ἐχθροὶ ὄντες τοῦ Ἰανδρότιου. ἔστιν οὖν ἡ στάσις πραγματικὴ ἔργαφος, ἐπίσκεψις μέλλοντος χρόνου, εἰ δὲ τὸδε ποιῆσαι, ἢ εἰ δὲ τὸδε δοῦναι, ἢ μή. καὶ ἐπειδὴ πρὸς τὴν στάσιν τοῦ λόγου συμβάλλεται <sup>4</sup> ἡμῖν τὸ μαθεῖν τὰς δικαιολογίας, φέρε πρῶτον τὰς τῶν κατηγόρων ἐξετάσασμεν. Εὐκτιμῶν οὖν καὶ Διόδωρος ἐπιλαμβάνονται κατὰ τέσσαρας νόμους τοῦ ψήφισματος· ἂν πρῶτος ἔστιν, ἂν προεούλευτον ψήφισμα μὴ εἰσιέναι ἐν τῶν δῆμων. ἔπειδὴ γὰρ πολλοὶ ἦν ὁ δῆμος, καὶ πολλὰς παρεκέρυετο, μὴ νοῶν εἰ ἔχει ἐμφαλεύουσαν καιουργίαν, πρῶτον παρεπέμπετο εἰς τὴν βουλὴν τῶν πεντακοσίων· καὶ αὕτη ἤρעuna εἰ ἔχει βλάβην τινὰ, ἢ καιουργίαν. καὶ οὕτως εἰσήγετο εἰς τὸν δῆμον. ἔδει οὖν αὐτὸν πρῶτον εἰσιένγκαι τὸ ψήφισμα εἰς τὴν βουλὴν. οὐκ εἰσήνεγκε δὲ, ἐπειδὴ νεωστὶ ἄρξασα ἦν ἡ βουλὴ, καὶ ἐφοβείτο μὴ διαφωνηθῆ. ἕκαστος γὰρ τὸν πρὸ αὐτοῦ θέλει δεῖξαι κακῶς <sup>5</sup> ἄρξαντα. δεύτερος νόμος, τὴν βουλὴν τὴν ποιήσασαν τὰς τρήρεις αἰτεῖν τὴν δωρεάν. τρίτος νόμος, τὸν ἠταιρηκότα μὴ πολιτεύεσθαι. Ἰανδρότιον ἄρα <sup>6</sup> ἐπειδὴ ἠταιρήκεν, οὐκ ἄφειλε πολιτεύεσθαι. τέταρτος νόμος, τὸν ἔτι ὀφείλοντα τῶν δημοσίων μὴ πολιτεύεσθαι. σὺ δὲ, ὦ Ἰανδρότιον, ὀφείεις, οὐκ ἄρα δεῖ σε πολιτεύεσθαι. εἴπωμεν δὲ καὶ τὰς τοῦ φεύγοντος δικαιολογίας. ὁ ποίνυν Ἰανδρότιον πρὸς τὸν πρῶτον νόμον ἔβει ἀγανίζεται, λέγει γὰρ, ὅτι ἔθος ἐκράτησεν, ἀπροβούλευτον

592

1 ἀπὸ 2 δήμου 3 ἐλάβοντο 4 ἡμῖν 5 πρὸς ἄρξαντα 6 ἐπειδὴ] ὅς  
7 τὸν ἔποφείλοντα

Δέκα πρόεδροι] Cf. D'Orville Charit. Aphrod. Lib. V. cap. VI. pag. 466.

<sup>1</sup> Ἀπὸ τοῦ δήμου] [Ita enim Editt.] Forte παρὰ τοῦ δήμου, id est, ut opinor, ἐκ τοῦ δημοσίου, ex aerario. Mox [v. 6.] λαβοῦσα τὰ χρήματα ἐκ τοῦ δήμου. [ut Editti omnes] Forte ἐκ τοῦ δημοσίου. WOLF.

Προστάτης — τῆς βουλῆς] Fuerunt enim alii δημοτικοί, alii βουλευτικοὶ ῥήτορες. In Oratorum locum apud nos successerunt Jurisconsulti, qui magistratibus et iudicibus adsunt in consilio. IDEM. Reddit Wolfius: Patronus: Malim: e Principibus. JURIN.

<sup>2</sup> ἔλαβοντο] Forte ἐπελάβοντο, τούτεστιν ἐγράψαντο παρανόμως τὸ ψήφισμα. WOLF. Ita marg. Benenati. TAYLOR.

<sup>3</sup> Ἐπίσκεψις μέλλοντος χρόνου] Ergo ex judiciali genere et deliberativo mista est hæc oratio. Deliberationis est, utrum sit danda senatui corona? hujus ratio sumitur e judiciali, non esse dandam, quia non omni functus sit officio. WOLF.

<sup>4</sup> Ἐπειδὴ νεωστὶ ἄρξασα ἦν ἡ βουλὴ] Si de priore senatu, quia recens magistratum deposuerat: Sin de posteriore, quia recens magistratum inierat. Et de hoc intelligendum esse arguunt ea, quæ sequuntur. Quasi diceret, ἐπειδὴ νεωστὶ παρέλαβε τὴν ἀρχήν. IDEM. Falli videtur auctor hujus argumenti: nec enim latum est ad populum de corona senatui tribuenda, novo senatu jam suffecto, sed priore auctoritate adhuc obtinente. Quod patet ex ipsa

Oratione, pag. 152. v. 4. οἱ προεδρεύοντες τῆς βουλῆς, καὶ ὁ ταῦτ' ἐπιψήφισαν ἐπιστάτης, ἠρώτων etc. JURIN. Pace viri doctissimi arbitrator potius ad novum senatum protinus referri de rebus gestis superioris. Et credo, id ex vet. monumentis abunde confirmari posse. TAYLOR. Post annum elapsum omnino. v. σχ. ad Timocrat. n. 30. ed. Paris. In schedis IDEM.

Κακῶς πρὸς ἄρξαντα] Sententia postulat, κακῶς ἄρξαντα. [Ita quoque marg. Benenati.] Vide Isocratis Nicoclem: "Ἐτι δὲ οἱ μὲν δυσμενῶς πρὸς ἀλλήλους ἔχουσι, καὶ τὰ λοιπά. WOLF.

<sup>5</sup> τὴν ποιήσασαν] Legendum videtur τὴν μὴ ποιήσασαν, et μὴ αἰτεῖν, ut in pagina sequente, v. 9. et in ipsa oratione, §. 8. JURIN.

<sup>6</sup> Ἰανδρότιον ἄρα ἠταιρήκεν] Lego: Ἰανδρότιον ἄρα, ἐπειδὴ ἠταιρήκεν. WOLF. Wolfius, eo modo, quem vides, lectionem Editt. Felic. et Manut. sanavit. Neque infelicit. Editio Lutetiana: Ἰανδρότιον ἄρα, ὅς ἠταιρήκεν etc. TAYLOR.

<sup>7</sup> τὸν ἔποφείλοντα] Lego τὸν ἔτι ὀφείλοντα. WOLF. Qui multam nondum solvit. Immo: qui pecuniam aerario debitam non solvit. Tenebatur enim Androtio debito paterno nondum soluto. JURIN.

<sup>8</sup> Ἀπροβούλευτον ψήφισμα] Decreta sine auctoritate senatus. Vitiose. Nec enim consuetudo erat, ut decreta qualiacunque sine auctoritate Senatus ad populum ferrentur, sed ut unicum illud decretum de

ψήφισμα εἰσάγεσθαι ἐν τῷ δήμῳ. <sup>1</sup> πρὸς τὸν δευτέρου ἀντινομικῶς, παραφέρει γὰρ καὶ αὐτὸς, ἕτερον νόμον λέγοντα, τὴν βουλὴν εἰς δόξην καλῶς βεβουλευκέναι ἐν τῷ δήμῳ στεφανούσθαι. πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους δύο παραγραφικῶς ἀγωνίζεται, λέγων, ὅτι ἄρτι οὐκ ὠφείλε κρῖνεσθαι περὶ τούτων. τινὲς δ' ἐπεχείρησαν τοῦτον τὸν <sup>2</sup> λόγον πραγματικὴν πρὸς ἀντινομίαν λέγοντες, ὅτι ἰδοὺ καὶ ἐνταῦθα δύο νόμοι μάχονται ἀλλήλοις ἐκ περιστάσεως. ὃν ὁ εἰς παραβέβασται, διὰ τὸ κυρωθῆναι τὸν ἕτερον. ἀλλὰ λέγομεν, ὅτι ἐν τῇ πραγματικῇ τῇ πρὸς ἀντινομίαν οὐδέτερος παραβαίνεται ἀλλὰ σκοποῦμεν, ποῖον δεῖ παραβᾶσθαι. ἐν δὲ τῷ παρόντι λόγῳ, οὐχ <sup>3</sup> οὗτως. ὁ εἰς γὰρ τῶν νόμων παραβέβασται, ὁ λέγων, τὴν βουλὴν τὴν μὴ ποιήσασαν τὰς τριήρεις μὴ αἰτεῖν δωρεάν. τοῦτο δὲ οὐκ ἴδιον πραγματικῆς <sup>4</sup> πρὸς ἀντινομίαν, ἀλλὰ μίσης ἀντινομίας. Ἰστέον δὲ ὅτι, ἦνκα δύο ὄσι κατήγοροι, ὧν ὁ μὲν <sup>5</sup> εἰς πρεσβύτερος, οὗτος λαμβάνει τὴν πρωτολογίαν, κατὰ τιμὴν ὡσπερ καὶ ἐνταῦθα ὁ Εὐκτῆμαν ἔλαβε τὴν πρωτολογίαν, ὡς πρεσβύτερος, καὶ εἶπε τὰ προοίμια, καὶ τὴν κατάστασιν, καὶ μέρος τι τῶν ἀγόνων ὁ δὲ Διόδωρος, ἰδιώτης ὢν, ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ Δημοσθένους τὴν παρόντα λόγον. καὶ ἔστι δευτερολογία, ἔχει δὲ ἅ παρῆλπεν ὁ Εὐκτῆμαν.

<sup>1</sup> πρὸς δὲ τὸν<sup>2</sup> λόγον εἰς στάσιν ἀνενεγκεῖν πραγματικὴν τὴν πρὸς<sup>3</sup> οὗτος<sup>4</sup> τῆς πρὸς<sup>5</sup> εἰς νεώτερος, ὁ δὲ ἕτερος πρεσβύτερος

corona senatui tribuenda quotannis ad populum ferretur, senatu prius non consulto. Hujus autem consuetudinis, pace Demosthenis, ea vera fuisse causa videtur, quod nihil opus erat senatum consulere, num vellet præmium sibi ipsi tribui. IDEM.

Τινὲς δ' ἐπεχείρησαν κ. τ. λ.] Forte: τινὲς δ' ἐπεχείρησαν λέγειν, τοῦτον τὸν λόγον πραγματικὴν στάσιν ἔχειν πρὸς ἀντινομίαν. WOLF. Lectioni manifeste vitiosæ succurrit Editio Benenati, τοῦτον τὸν λόγον ἀνενεγκεῖν εἰς πραγματικὴν, ubi legendum εἰς. JURIN.

Ἐκ περιστάσεως] Ea circumstantia est, τὸ μὴ ποιῆσαι τὰς τριήρεις. Ego vero negarem, senatum bene præfuisse, qui trirèmes non fecisset. sic nulla esset ἀντινομία. et quæ prava consuetudine fiunt, non

recte fiunt. Etsi et Demosthenes decretum Ctesiphontis hac ratione defendit. Sed difficile Græcorum Rhetorum disceptare controversias: qui, ut Dialectici, suis se compungunt acuminibus. WOLF.

Διὰ τὸ κυρωθῆναι τὸν ἕτερον] Vertit Wolfius: propter alterius confirmationem. Immo: per lationem alterius, vel, quod altera lata fuerit. JURIN.

Πραγματικῆς πρὸς ἀντινομίαν] Πραγματικῆς τῆς πρὸς ἀντινομίαν, Editio Parisina. Plenius eadem in sequentibus, v. 10. ὢν ὁ μὲν εἰς νεώτερος, ὁ δὲ ἕτερος πρεσβύτερος, οὗτος λαμβάνει κ. τ. λ. TAYLOR.

Ἀπὸ τοῦ Δημοσθένους] Malim παρά. Sed Rhetores isti suum quoddam habent dicendi genus, οὐ μάλᾳ Δημοσθένειον, οὐδὲ κατ' Ἴσοκράτην, καὶ Πλάτωνα. WOLF.



# ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

Ο ΚΑΤΑ

ΑΝΔΡΟΤΙΩΝΟΣ

ΛΟΓΟΣ.

593 ἄ. ὍΠΕΡ Εὐκτῆμων, ὧ ἄνδρες δικασταί, παθὼν ὑπ' Ἀνδροτίωνος κακῶς, ἅμα τῇ τε πόλει βοηθεῖν<sup>1</sup> οἶεται δεῖν, καὶ δίκην ὑπὲρ αὐτοῦ λαβεῖν, τοῦτο καὶ γὰρ πειράσομαι ποιεῖν, εἰ ἄρα οἷός τε ᾧ. συμβέβηκε δὲ πολλὰ, καὶ δεινὰ, καὶ παρὰ πάντας τοὺς νόμους Εὐκτῆμονος ὑβρισμένου, ἐλάττω ταῦτ' εἶναι τῶν ἐμοὶ γεγενημένων δι' Ἀνδροτίωνος πραγμάτων. οὗτος μὲν γε εἰς χρήματα, καὶ τὸ παρ' ὑμῶν ἀδίκως ἐκπεσεῖν, ἐπεβουλευθή· ἐμὲ δὲ οὐδ' ἂν ἐδέξατο τῶν ὄντων ἀνδρώπων οὐδὲ εἷς, εἰ τὰ κατασκευασθέντα ὑπὸ τούτου παρ' ὑμῖν ἐπιστεύθη. αἰτιασάμενος γάρ με, ἃ καὶ λέγειν ἂν ὀκνήσειέ τις, εἰ μὴ τύχοι προσόμοιος ὦν τούτῳ, τὸν πατέρα ὡς ἀπέκτονα ἐγὼ τὸν ἑμαυτοῦ, καὶ κατασκευάσας ἀσεβείας γραφήν, οὐκ ἐπ' ἐμὲ, ἀλλ' ἐπὶ τὸν θεῖόν μου, γράψας ἀσεβεῖν ἐμοὶ συνιόντα εἰς<sup>2</sup> ταῦτό ὡς πεποιηκότι ταῦτα,

<sup>1</sup> ᾧετο

<sup>2</sup> ταῦτόν

ἄ. Ὅπερ Εὐκτῆμων] Ὅπερ, τοῦτο, belle cohaerent. ὅπερ οἶεται δεῖν. τὸ τί; βοηθεῖν ἅμα τῇ τε πόλει. WOLF. ὕπερ est relativum in accusativo, subaudiendo ἐποίησε. AUGER.

Οἶεται] Melius ᾧετο. Quo pacto legit optimus Codex Aug. et Reg. ε. itemque Ulpianus, atque etiam uno in loco Hermogenes, sc. de Invent. l. 1. statim ab initio. Alibi autem, nempe περὶ ἐπιμελείας, habet οἶεται. TAYLOR.

Δίκην ὑπὲρ ἑαυτοῦ λαβεῖν δεῖν] Ab eo sibi allatas injurias persequi. LINDUS.

Δι' Ἀνδροτίωνος] Ἀντὶ τοῦ, ὑπό. WOLF. Οὗτος μὲν γε] Potius οὗτος μὲν γὰρ cum Lindenb. Ven. Ital. Reg. α. et scho-

liaste. atque ita conjecerat Wolfius. TAYLOR. Nempe, Euctemon. ἐπεβουλευθή, insidiis petitus est. AUGER.

Παρ' ὑμῶν ἀδίκως ἐκπεσεῖν] Ἀποδοκιμασθῆναι ὑφ' ὑμῶν. Hoc loco non significat in exilium ejici. WOLF. Honore vestro per injuriam dejicere. Potius: ex civitate per injuriam expellere. JURIN.

Συνιόντα] Τὸ συνίεναι hic non significat conspirare, sed hoc vult auctor: caede polluti hominis consuetudine etiam alios pollui; qua de re et in Midiana agitur. WOLF. Recte: atque ita Italus (nam alterum interpretem, medicum illum Placentinum, parum moror) che egli commetteva impietà, conversando meco, che havea fatto queste cose. TAYLOR.

εἰς ἀγῶνα κατέστησεν. ὃν εἰ συνέβη τότε αἰλῶναι, τίς ἂν ἀθλιώτερα ἐμοῦ πεπονηθῶς ἦν ὑπὸ τούτου; τίς γὰρ ἂν ἦ φίλος, ἢ ξένος εἰς ταυτό ποτ' ἐλθεῖν ἠθέλησεν ἐμοί; τίς δ' ἂν εἶασε πόλις που παρ' ἑαυτῇ γενέσθαι, τὸν τοιοῦτον ἀσέβημα δοκοῦντα εἰργάσθαι; οὐκ ἔστιν οὐδεμία. ἐγὼ τοίνυν ταῦτα μὲν οὐ παρὰ μικρὸν ἀγωνιζόμενος παρ' ὑμῖν ἀπελευσάμην, ἀλλ' ὥστε τὸ πέμπτον μέρος μὴ <sup>1</sup> λαβεῖν τούτους 594 τῶν ψήφων· <sup>2</sup> τούτον δὲ μεθ' ὑμῶν πειράσομαι καὶ νῦν, καὶ τὸν ἄλλον ἅπαντα χρόνον ἀμύνεσθαι.

β'. Καὶ περὶ μὲν τῶν ἰδίων ἔχων ἔτι πολλὰ λέγειν, εἰσώ· περὶ δ' ὧν οἴσεται τὴν ψῆφον νυνὶ, καὶ περὶ ὧν οὗτος δημοσίᾳ πεπολιτευμένος, οὐκ ὀλίγα ὑμᾶς ἔβλαψεν, ἃ μοι παραλιπεῖν Εὐκτῆμων ἐδόκει, βέλτιον δ' ὑμᾶς ἀκούσαι, ταῦτα διεξελθεῖν ἐν βραχέσι πειράσομαι. ἐγὼ γὰρ, εἰ μὲν ἐώρων τινὰ ἀπλῆν τούτῳ περὶ ὧν φεύγει πρὸς ὑμᾶς οὔσαν ἀπολογία, οὐκ ἂν ἐποιοῦμην περὶ <sup>3</sup> αὐτῆς μνείαν οὐδεμίαν· νῦν δ' οἶδα σαφῶς, ὅτι οὗτος ἀπλοῦν μὲν οὐδὲ δίκαιον οὐδὲν ἂν εἰπεῖν ἔχοι, ἐξαπατᾶν δ' ὑμᾶς πειράσεται, πλάττων· καὶ παράγων πρὸς ἕκαστα τούτων κακούργους λόγους. ἔστι γὰρ, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τεχνίτης τοῦ λέγειν, καὶ πάντα τὸν βίον <sup>4</sup> ἐσχόλακε ἐν τούτῳ. ὑπὲρ οὖν τοῦ μὴ παρακρουσθέντας ὑμᾶς ἐναντία μὲν τοῖς ὁμωμοσμένοις πεισθῆναι ψηφίσασθαι, ἀφεῖναι δὲ τούτον, ὃν ὑμῖν πολλῶν εἴνεκα ἀξίον κολάσαι, προσέχετε τὸν νοῦν αἷς ἐρῶ· ἵνα ἀκούσαντες ἐμοῦ, πρὸς ἕκαστον τῶν ὑπὸ τούτου ξηθησομένων ἔχητε ὑπολαμβάνειν ἃ δεῖ.

γ'. Ἔστι γὰρ εἷς μὲν <sup>5</sup> ὃν οἶεται τεχνικῶς ἔχειν αὐτῷ λόγος, περὶ τοῦ ἀπροβουλεύτου. νόμος ἔστι, φησὶν, ἔάν

<sup>1</sup> μεταλαβεῖν<sup>2</sup> τούτον<sup>3</sup> αὐτῶν<sup>4</sup> ἐσχόλακεν \* ἐνὶ τούτῳ<sup>5</sup> ὧν

Οὐ παρὰ μικρὸν ἀγωνιζόμενος] Οὐκ ἐγγὺς τοῦ κινδύνου γενόμενος, οἷον, ἴσαν γενομένων τῶν ψήφων, ἢ παρὰ τριάκοντα, ὥσπερ Αἰσχίνης, ἀποφυγῶν, ἀλλὰ λαμπρῶς ἀπολυόμενος. Non significat magnopere iudicio contendere, sed non paucis suffragiis absolutum esse, causa iudicibus ad cognoscendum proposita. WOLF.

Τούτους] Lege τούτον, quemadmodum vertit bonus Wolfius. Ita legunt Felic. Man. Paris. Obsop. Bodl. et Ital. Modo etiam τούτον δὴ, cum marg. Be-

nenat. TAYLOR.

β'. Παράγων — κακούργους λόγους] Fictis, atque adductis adversus singula haec callidis rationibus. LANDUS. Italus: bugie e parole astute. Lambinius conjecit πανούργους. Non inscite. TAYLOR. Adducens sermones callidos. πρὸς ἕκαστα τούτων, ad singula horum quae a nobis dicuntur. AUGER.

γ'. Ἐὰν ἀξίως κ. τ. λ.] Voces τὸν δῆμον in hac lege omittuntur in duobus MSs, Linden. sc. et Ital. qui praeterea cum Bodl. et Obsop. exhibent αὐτὴν pro

ἀξίως ἢ βουλὴ δοκῆ βουλευῆσαι δωρεᾶς, διδόναι τὸν δῆμον τὴν δωρεὰν αὐτῇ. ταῦτ' ἐπῆρετό, φησιν, ὁ ἐπιστάτης, διεχειροτόνησεν ὁ δῆμος, ἔδοξεν. οὐδὲν δεῖ, φησὶ, προβουλευματος ἐνταῦθα· κατὰ γὰρ <sup>1</sup>νόμον ἦν τὰ γινόμενα. ἐγὼ <sup>2</sup>δ' αὐτὸ τούναντίον οἶμαι — νομίζω δὲ 595 καὶ ὑμῖν συνδόξειν — περὶ τούτων τὰ προβουλευματα ἐκφέρειν μόνων, περὶ ὧν κελεύουσιν οἱ νόμοι· ἐπεὶ περὶ ὧν γε μὴ κεῖνται νόμοι, οὐδὲ γράφειν τὴν ἀρχὴν προσήκει, οὐδὲ ἐν δήπου. φήσει τοίνυν ἀπάσας τοῦτον τὸν τρόπον εἰληφέναι τὰς βουλάς, ὅσαι πώποτ' ἔχουσι παρ' ὑμῶν δωρεὰν, καὶ οὐδεμίᾳ γεγενῆσθαι προβούλευμα πώποτε. ἐγὼ δέ, <sup>3</sup>οἶμαι μὲν οὐχὶ λέγειν αὐτὸν <sup>4</sup>ἀλήθειαν, μᾶλλον δὲ οἶδα σαφῶς· οὐ μὴν ἀλλ' εἰ τοῦτο <sup>5</sup>τοιούτο ἔστι ταμάλιστα, ὁ νόμος δὲ λέγει τάναντία, οὐχ' ὅτι πολλάκις ἡμάρτηται δήπου πρότερον, διὰ τοῦτ' ἐπεξάμαρτητέον ἔστι καὶ νῦν, ἀλλὰ τούναντίον, ἀρκτέον, ὡς ὁ νόμος κελεύει, τὰ τοιαῦτα ποιεῖν ἀναγκάζειν, ἀπὸ σοῦ πρώτου. σὺ δὲ μὴ λέγε ὡς γέγονε τοῦτο πολλάκις, ἀλλ' ὡς οὕτω προσήκει γίνεσθαι. σὺ γὰρ, εἴ τι πώποτε μὴ κατὰ τοὺς νόμους ἐπράχθη, σὺ δὲ τοῦτ' ἐμιμήσω, διὰ τοῦτ' ἀποφύγοις ἀν δικαίως, ἀλλὰ πολλῶ μᾶλλον ἀλίσκοιο. ὥσπερ γὰρ, εἴ τις ἐκείνων προήλω, σὺ τὰδ' οὐκ ἀν ἔγραψας· οὕτως, ἀν σὺ νῦν δίκην δῶς, ἄλλος οὐ γράψει.

δ'. Περὶ τοίνυν τοῦ νόμου, τοῦ διαρρήδην οὐκ ἑᾶντος ἐξεῖναι, μὴ ποιησαμένη τῇ βουλῇ τὰς τριήρεις, αἰτῆσαι τὴν δωρεὰν, ἀξίου ἔστιν ἀκούσαι τὴν ἀπολογίαὴν ἣν ποιήσεται, καὶ θεωρῆσαι τὴν ἀναίδειαν τοῦ τρόπου, δι' ὧν ἐγχειρεῖ λέγειν. ὁ νόμος, φησὶν, οὐκ ἔρα τὴν βουλὴν αἰτῆσαι τὴν δωρεὰν, εἰ μὴ ποιήσεται τὰς τριήρεις. ὁμολογῶ. δύναι <sup>6</sup>δὲ οὐδαμοῦ, φησὶ, κωλύει τὸν δῆμον. ἐγὼ δέ, εἰ μὲν ἔδωκα αἰτούσῃ, παρὰ τὸν νόμον εἴρηκα· εἰ δὲ μὴ πεποίημαι μνείαν περὶ τῶν νεῶν ἐν

<sup>1</sup> τὸν νόμον

<sup>2</sup> δ' αὐτὸ τούναντίον οἶμαι

<sup>3</sup> οἶμαι

<sup>4</sup> ἀληθῆ

<sup>5</sup> τοιοῦτὸν ἔστι τὰ μάλιστα

<sup>6</sup> δὲ γε οὐδαμοῦ

αὐτῇ in fine. Verum id præter rem et morem Civitatis, quæ non ita constituebatur. IDEM.

<sup>1</sup> Ἐγὼ δ' αὐτὸ τούναντίον] Rescribe cum Aug. et Bodl. ἐγὼ δ' αὐτὸ τούναντίον.

IDEM.

<sup>1</sup> Ἐκφέρειν] Δεῖν ἐκφέρειν, sicut postea v. 8. sequitur προσήκει. WOLF.

δ'. Θεωρῆσαι δι' ὧν ἐγχειρεῖ] Διὰ τούτων ἀ ἐγχειρεῖ. IDEM.

ὄλω τῷ ψήφισματι, ἀλλ' ἕτερόν τι λέγω, δι' ἃ τὴν βου-  
λὴν στεφανῶ, πῶς παρὰ τὸν νόμον εἴρηκα; ἔστι δὲ πρὸς 596  
ταῦτα οὐ χαλεπὸν τὰ δίκαια ὑμῖν ἀντειπεῖν. ὅτι πρῶτον  
μὲν οἱ προεδρεύοντες τῆς βουλῆς καὶ ὁ ταῦτ' ἐπιψηφίζων  
ἐπιστάτης ἡρώτων καὶ διαχειροτονίαν ἐδίδουσαν, ὅτῳ δοκεῖ  
δωρεᾶς ἀξίως ἢ βουλὴν βεβουλευκέναι, καὶ ὅτῳ μὴ. καίτοι,  
τούς γε μὴ αἰτοῦντας, μηδὲ ἀξιούντας <sup>1</sup> λαβεῖν τὴν ἀρχὴν,  
οὐδ' ἐπερωτᾶν προσῆκε. πρὸς τοίνυν τούτοις, ἔστιν ἃ Μει-  
δίου κατηγοροῦντος τῆς βουλῆς, καὶ ἄλλων τινῶν, ἀναπη-  
δῶντες οἱ βουλευταὶ ἐδέοντο, μὴ <sup>2</sup> σφᾶς ἀφελέσθαι τὴν δω-  
ρεάν. καὶ ταῦτα οὐ παρ' ἐμοῦ δεῖ πυθέσθαι τοὺς δικάζοντας  
ὑμᾶς, ἀλλ' αὐτοὶ παρόντες ἴστε τὰ ἐν τῷ δήμῳ γεγόμενα.  
ὡς δ' ὅταν μὲν μὴ φῆ τὴν βουλὴν αἰτεῖν, ταῦθ' ὑπολαμβάνε-  
τε· ὅτι δὲ οὐδὲ τὸν δῆμον εἴα διδόναι μὴ <sup>3</sup> ποιησαμένοις τὰς

<sup>1</sup> λαβεῖν, τὴν ἀρχὴν οὐδ'<sup>2</sup> σφᾶς<sup>3</sup> ποιησαμένη

Εἴρηκα] Ψήφισμα sc. et est quasi ver-  
bum solenne et legitimum. Quod non  
animadvertere videtur Interpres. Infra  
§. ζ'. fin. εἴρηκότα αὐτὸν παράνομα.  
TAYLOR.

Τὰ δὲ δίκαια ὑμῖν ἀντειπεῖν] Ἐστὶν ὑμῖν τοῖς  
δικασταῖς οὐ χαλεπὸν ἀντειπεῖν τὰ δίκαια  
πρὸς ταῦτα. WOLF.

Πρῶτον μὲν οἱ προεδρεύοντες τῆς βουλῆς]  
Verba sunt accusantis rogationem Andro-  
tionis, qui quum esset ἐπιστάτης τῆς βου-  
λῆς, tulerat ut curia corona donaretur, ob  
id quod ipse eam commode consuluisse  
populo Atheniensi diceret, populusque  
eam rogationem jussit. Primum, in-  
quit, hujus auctor suasorque ψήφισματος  
princeps Senatus presidesque populum  
in suffragium miserunt, atque unum-  
quemque suffragio suo censere permise-  
runt, recte necne curia, eoque republi-  
ca consuluisse videretur, eoque nomine  
coronam meruisse. Qui si nec petendum  
id a populo existimabant, nec dignam curi-  
am quæ eo præmio donaretur, de eo  
utique populum rogare non oportebat ab  
initio. διαχειροτονίαν ergo δίδουσι dicebant,  
pro eo quod est *populum in suffragia mit-  
tere*, hoc est, *rogationem*, vel *rem de qua  
consultitur, populi suffragiis permittere*.  
Hoc ψῆφον ἀναδιδόναι Plutarchus in Grac-  
cho dixit. Atque huc pertinent, quæ de  
duplici curia Atheniensium, una Areopagi-  
tarum, altera Quingenaria, τῶν πεντακοσί-  
ων a Budæo referuntur in Comment. ubi  
ea requirit diligens Lector, siquidem ad  
innumera Demosthenis loca apprime faci-

unt. Ex edit. HERVAG.

Ἐπιψηφίζων] Qui sententias comprobat.  
Potius: Qui plebiscito faciundo præest.  
JURIN.

Καίτοι, τούς γε μὴ αἰτοῦντας] Atqui de iis.  
Potius: Atqui ab iis. IDEM. Omnino  
recte. TAYLOR.

Τὴν ἀρχὴν] Legendum τὴν δωρεάν.  
JURIN. Fortasse hæc sana punctuatione  
melius ordinabuntur: καίτοι, τούς γε μὴ  
αἰτοῦντας, μηδὲ ἀξιούντας λαβεῖν, τὴν ἀρχὴν  
οὐδ' ἐπερωτᾶν προσῆκε. Qui sibi hunc hon-  
orem non vindicant, ii omnino ad popu-  
lum de ea re referre non debent. Ita su-  
pra §. γ'. περὶ ἧν γε μὴ κείνται νόμοι, οὐδὲ  
γράφειν τὴν ἀρχὴν προσῆκε. Locus  
plane germanus. Eam locutionem memi-  
ni me pluribus illustrasse ad Lysiam p.  
320. ult. Quibus multa habeo quæ ad-  
jungere possum. Tu interea vide, annon  
hæc referri possint ista Evangeliste Ioan.  
VIII. 25. Ἐλεγον οὖν αὐτῷ· Σὺ τίς εἶ;  
καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· τὴν ἀρχὴν ἔ-  
τι καὶ λαλῶ ὑμῖν. Omnino id, quod vobis  
prædico. Non, id, quod in initio dixi vo-  
bis. Vide Cl. Iensii Strieter. ad Jus  
Rom. p. XII. Præfat. IDEM.

Καὶ ἄλλων τινῶν] Utrum Midia etiam  
alios quosdam accusante, an aliis etiam una  
cum Midia senatum accusantibus? WOLF.  
Midia senatum et alios accusante. LAN-  
DUS. Immo: Midia et aliis quibusdam  
senatum accusantibus. JURIN. Recte. Ita-  
lus Interpres: quando Midia et alium al-  
tri accusarno di certe cose il senato. TAY-  
LOR.

ναῦς ὁ νόμος, καὶ τοῦτ' ἐπιδείξω. διὰ ταῦτα γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον ὁ νόμος, μὴ ἐξεῖναι τῇ βουλῇ μὴ ποιησαμένη τὰς τριήρεις αἰτῆσαι τὴν δωρεάν, ἵνα μηδὲ πεισθῆναι, μηδ' ἐξαπατηθῆναι γένοιτ' ἐπὶ τῷ δήμῳ. οὐ γὰρ ᾤετο δεῖν ὁ τιθεὶς τὸν νόμον, ἐπὶ τῇ τῶν λεγόντων δυνάμει τὸ πρᾶγμα καταστήσαι, ἀλλ' ὁ δίκαιον ἦν εὔρεῖν ἅμα καὶ συμφέρον τῷ δήμῳ, νόμῳ τετάχθαι. τὰς τριήρεις οὐ πεποίησαι; μὴ τοίνυν αἰτεῖ τὴν δωρεάν. ὅπου δ' αἰτεῖν οὐκ ἔᾶ, πῶς οὐ σφόδρα δοῦναί γε κωλύει;

597 ἔ. Ἄξιον τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κἀκεῖνο ἐξετάσαι· τί δήποτε, ἂν τάλλα πάντα ἢ βουλή καλῶς βουλευθῆ, καὶ μηδεὶς ἔχη μηδὲν ἐγκαλέσαι, τὰς δὲ τριήρεις μὴ ποιήσῃται, τὴν δωρεάν οὐκ ἔξεστιν αἰτῆσαι; εὔρησέτε γὰρ τοῦτο τὸ ἰσχυρὸν ὑπὲρ τοῦ δήμου κείμενον. <sup>1</sup>οἶμαι γὰρ ἂν μηδένα ἀντειπεῖν, ὡς οὐχ ὅσα πρόποτε τῇ πόλει γέγονεν, ἢ νῦν ἔστιν ἀγαθὰ, ἢ θάτερα, — ἵνα μηδὲν εἶπω φλαῦρον —, ἐκ τῆς τῶν τριηρῶν, τὰ μὲν, κτήσεως, τὰ δ' ἀπουσίας γέγονεν. <sup>2</sup>οἶον πολλὰ μὲν ἂν τις ἔχοι λέγειν καὶ παλαιὰ καὶ καινά. ἀ δ' οὖν πᾶσι μάλιστα ἀκοῦσαι γνώριμα· τοῦτο μὲν εἰ βούλεσθε, οἱ τὰ προκύλαια καὶ τὸν παρθενῶνα οἰκοδομήσαντες ἐκεῖνοι, καὶ τάλλα πάντα ἀπὸ τῶν βαρβάρων ἱερὰ κοσμήσαντες, ἐφ' οἷς φιλοτιμούμεθα πάντες εἰκότως· ἴστε <sup>3</sup>γὰρ δήπου τοῦτο ἀκοῆ, ὅτι τὴν πόλιν ἐκλιπόντες καὶ κα-

<sup>1</sup> οἶμαι

<sup>2</sup> οἶον (πολλὰ μὲν \* γὰρ ἂν --- γνώριμα, \* ταῦτα μόνον ἐρῶ, εἰ βούλεσθε)

<sup>3</sup> [γὰρ]

Μηδ' ἐξαπατηθῆναι] Ἰνα οὐδὲ δύναιτο ἐξαπατηθῆναι ὁ δῆμος. WOLF. Legendum videtur μηδ' ἐξαπατηθῆναι γένοιτ' ἐπὶ τοῦ τῷ δήμῳ. Ne hac in re populo fucus fiat. JURIN.

Μὴ γένοιτ' ἐπὶ τῷ δήμῳ] In populi potestate non fieret. AUGER.

Ἄλλ' ὁ δίκαιον ἦν εὔρεῖν κ. τ. λ.] Εὔρεῖν, S. τὴν βουλὴν, ἀντὶ τοῦ, οὐ τυχεῖν. Etsi verbum hoc inculcatum videtur, cum vel sine eo sententia bene constet. Landus: Sed id, quod æquum est inveniri, et quod populo utile fuerit, lege constitui. WOLF. Reddit Wolfius: Sed quod tribui et justum, et populo utile esset: Potius: sed quod excogitari posset et justum, et populo utile. JURIN.

ἔ. Εὔρησέτε γὰρ τοῦτο τὸ ἰσχυρὸν] Lege, VOL. III.

addito articulo [nam in Editorum aliquibus deerat]. Landus: Reperietis enim, hoc ipsum esse validum, et in quo omne Reip. robur consistit, quod pro populo constitutum est. WOLF. Articulum restituerunt Obsop. et alii. τοῦτο ἰσχυρὸν, τοῦτο ἰσχυρῶς, aut τοῦτο τὸ ἰσχυρὸν, Bodl. TAYLOR.

οἶον] Lego οἶα. WOLF.

τοῦτο μὲν εἰ βούλεσθε] Sequitur v. 5. p. seq. ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν παλαιά. Tale est et Isocratis illud in Evagora, τοῦτο μὲν γὰρ Αἰακός. Postea sequitur non aliud τοῦτο δὲ, sed τοῦτον δὲ παῖδες ἦσαν. Est hinc oratio, et ἀνταποδοτικῶν, habens longam parenthesisin — ἴστε γὰρ δήπου τοῦτ' ἀκοῆ, ὅτι — intertextam. IDEM. Lego: ταῦτα μὲν, εἰ βούλεσθε, ἐρῶ. JURIN.

